DECORA ROBERTI CARD. BELLARMINI E SOCIETATE IESV FIDEI PROPUGNATORIS...

Sebastiano Bado

Digitized by Google

6
32-B
6

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
39 ML
15

6-32-6-7

F

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DECORA
ROBERTI
CARDINALIS
BELLARMINI.

I
6
6

Digitized by Google

Digitized by Google

DECORA
ROBERTI
CARD. BELLARMINI

E SOCIETATE IESV

FIDEI PROPVGNATORIS

Optima Fide collecta

A SEBASTIANO BADO.

SVMMO ORTHODOXAE

ECCLESIÆ HIERARCHÆ

CLEMENTI PP. X.



GENVAE, M. DC. LXXI.

Typis Antonij Georgij Franchelli. *Superioribus Annuentibus.*

Digitized by Google

Digitized by Google

CLEMENTI X

PONT. OPT.

MAXIMO.

EMIN. BELLARMINVS Immortalis memoriæ Vir, tùm morum Sanctitate, tùm doctrinæ præſtantia deuinxit ſibi orbem Chriſtianum; illa colluſtrando exemplis ſummæ virtutis, hac fidem Catholicam propugnando, & pietatem in cordibus hominum imprimendo.

Hoc ipſo communi vinculo ego quoq; detineor, tanquam filius S. Eccleſiæ, quamquam omnium nouiſsimus ſim; ſed præter hæc, quæ communia ſunt alijs, obſtringor ego peculiari vinculo, quod multis nominibus ei debeo; pręſertim cùm iam diù, rigente hyeme, nandi imperitus, & aquis ſubmerſus, de profundo tumentis *Macræ*, ne gutta quidem aquæ hauſta, mirabiliter euaſi; extatque huius rei documentum in eius vita Romę edita.

P. Iacob. Puligat. in vita Car. Bellar. ad finem.

§ Hoc

Hoc me impellit Beat. Pat. vt ſæpè de eo loquar, & ne tanti beneficij ſim gnarus, & vt eius ingentes prerogatiuas, ac dotes admirer: ideoque ſæpè etiam mihi ſuppeditatũ fuit à Deo, vt conijcere poſſum, eius geſta exarare, breuiq; cõpẽdio eius laudes in pauca coarctare, vt recenter in mediũ protuli.

Hoc qualecũq; eius illuſtrium factorum breuiarium mente reuolui Sanctitati Veſtræ conſecrare, tùm quia cum ipſe ſummus in Orthodoxa Eccleſia fulgeat Hierarcha, poteſt micantiſsimum noſtri temporis lumen ſuper Candelabrum exponere; tum quia ipſe Bellarminus aliquid promeruiſſe videtur, & à Te ipſo, & ab inclita tua Familia: nam de fratre tuo I*OANNE* B*APTISTA* teſtimonium dedit ampliſsimum, eximiam doctrinam, & dotes eius ſingulares commendans, ex quo iuuenis, & annis immaturus prelatus eſt Viris etate, & ſenectute perilluſtribus, & in D. Petri Baſilica collata ei fuit præbenda, vt aiunt, Theologica, & inter Canonicos eius Eccleſie ſummo

Iac. Fulig in ep. familiar.

Car. Bellar. ep. dedic. ad Io: Bapt. Car. Alterium.

om-

omnium plauſu enumeratus fuit. Et hæc primordia fuere eius, quam poſteà ſibi vindicauit, dignitatis Eminentiſs. inter Purpuratos Patris, & quem Roma dignum imperio, ac triplici tiara parabat (quod omnes ominabantur) niſi eum mors immatura nobis abſtuliſſet.

Sed iſta prę cęteris prędariſsima dignitas, quę Deo tàm propinqua, & quę propè dixerim Cęlum attingit, diuino afflante ſpiritu in Te vnum conferri debuit: quam eo magis aſſecutus es, quò magis conſtantiſsimè, & profluentibus lacrymis Roma & Orbe obſtupeſcentibus recuſaſti.

Sed quod ego plurimi faciendũ puto, TV ipſe, vt nuper audio, magno Amicitię nexu, veluti quadam neceſsitudine Bellarmino iunctus fuiſti; morbo laborantem in poſtrema eius ægritudine, ad S. Andreę in monte Quirinali inuiſiſti; fortè etiam interfuiſti ampliſsimo eius funeri, accepiſti encomia, & plauſus eius Sanctitatis, & doctrinę, fortè ad tuas aures peruenit, cum ab omni-

bus communi voce, & vnanimi conſenſu, vt Sanctus acclamabatur, cum eius Reliquiæ vti hominis ſanctitate prediti, non ſolum à *Populo Romano*, ſed à *Magnis Principibus*, *purpuratis Patribus*, & *Romanis Præſulibus* obnixè petebantur.

Petra ſancta in vita Bell. lib. 7. cap. 3. & 4.

Heroicæ eius Virtutes B. P. quæ vt ſcribit Philo, quamquam mutæ ſint, & elingues in cælum iactæ vocem emittunt; ingens opinio, quam de ipſius ſanctitate, & doctrina habent Emin. Cardinales, Imperatores, Summi Reges, Excelſi Principes, ipſi quoq; Sũmi Pontifices Romani, vt in loco oſtẽdo, tot ſunt voces, quæ Sanctitatem tuam inuitant, ad eius Decora amplianda, eumq; ſuper Candelabrum collocandum; ſiquidem vt Chriſtus ipſe dixit, *non accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt*: vt verbo dicam, (verbis vtar S. Ambroſij) *Perfectæ virtutes totum accipiunt gloriæ patrimonium*. Vale B. P.

Lib. de Cain. & Abel.

Matth. c. 5.

Lib. 1. de Cain. & Abel.

Ad pedum tuorum oſcula
demiſſiſſimè prouolutus,

Sebaſtianus Badus.

LE-

LECTORI.

Ex lib. 4. Reg. cap. 14.

QVID *carduus ad cedrum Libani*? audio aliquos muſſitantes; veluti ego temere loqui audeam de magno vtiq; Heroe, qualis Bellarminus eſt, eiuſq; geſtis Heroicis. Debent, inquiunt, dicere de Antonijs Athanaſij, de Benedictis Gregorij, de Franciſcis Bonauenturæ. Non debet quiſquam & pumilio Gigantes deſcribere. Iuſta exprobratio, non inficior: attamen quæ iuſtam quoq; meretur excuſationem. Imò potiùs arbitrabar ego, quò magis nitent Sanctorum hominum exempla, obuiaq; ſunt omnibus, ab omnibus quoque conſpici poſſe. *Sol facibus non iuuatur*, inquit Ennodius. Rectiſſimè. Sed Solem alijs indicare, quid quæſo vetat?

Lib. 2. ep. 9.

Incondita eſt mihi vox, fateor, ſtridetque potius, comparata ſcilicet ad eos, qui de Bellarmino ſcripſere, eius virtutes & præclara geſta commendauere, in quibus Ampliſſimi Principes, Emin. Cardinales, & Viri Sanctitate & doctrina illuſtres; Scio à me poſſe iure vſurpari, quod olim vetuſtiſſimus Propheta dixit, *A' A' A' Domine neſcio loqui*. Attamen iuuit *cicadæ* aliquandò perſtrepentis vox, enimuerò quod prodit Strabo, cum *Eunomi* cithara, fracta vna fide inutilis eſſet; aduolans ſua vocula defectum harmoniæ ſuppleuit.

Ierem. c. 1.

Libr. 6. Geogr.

Quidni ego Bellarmini laudibus, aliquid etiam contulerim? Quidni voces concinentium aliorumq; laudantium ſaltè excitarim? Satis eſt mihi *Summo Eccleſiæ Hierarchæ* meos conatus placuiſſe, factum non improbaſſe, commendaſſe. In antiqui *Tabernaculi* conſtructione, non tàm aurum, purpura & coccus bis tinctus, ſed ipſi caprarum

Exod. cap. 26. & 36.

pil i

pili intexti etiam fuere. Humilis Vir Dei Bellarminus, humilem ſcriptiunculam non deſpiciet, non dedignabitur, obſequium ſaltem ſcribentis admittet.

Ceterum ſumma fide, quidquid de eius moribus dico, eiuſq; miris, ab alijs hauſi; in primis verò à Silueſtro Petraſancta, cuius etiam verbis non ſemel vtor; hauſi à Iacobo Fuligatto, à Didaco Ramirez, eius vitæ ſcriptoribus; hauſi à pleriſque Emin. Cardinalibus, à probatis ſcriptoribus, quos omnes ad marginem appello.

Aliquid etiam de eius miris proferre libuit, non tàm viuente ipſo, quàm poſt eius feliciſſimum obitum ſecutis; in his aliquandò placuit *theologizare*, miſcereq; rei medicæ (qualem profiteor, & exerceo) ipſam quòq; Theologiam. Quidni?

Fecerunt antè me alij inſignes Medici, inprimis verò *Franc. Valleſius* Hiſpanus Hippocrates meritò dictus, *Gulielmus Ader*, *Fortunius Licetus* noſter, noſtrorumq; eximium, & clariſſimum ornamentum, alijque poſteà citandi.

Quod reliqũm eſt, ſub vnico aſpectu et intuitu inſinuo Bellarmini virtutes, doctrinam, præclara geſta, eiuſque etiam admiranda; aptioriq; vti reor ordine oculis legentium eximium virum deſcribo, ſaltem delineo. **Vale.**

Cenſor

Digitized by Google

Cenſor ſapientiſſimus Fr. Dionyſius à Genua ſic cenſet.

EX ſpeciali mandato Reuerendiſs. P. Magiſtri Sixti Cerchi in toto Sereniſs. Ianuenſi Dominio Generalis Inquiſitoris diligenter perlegi (Decora Eminentiſſimi, & Reuerendiſs. Cardinalis Bellarmini Soc. Ieſu, fidei propugnatoris, optima fide collecta à Sebaſtiano Bado) Et certè parum eſt, nihil offendiſſe, quod offendat, & ſacris ſit Dogmatibus, vel moribus abſonum: quinimmò omnia digna ſunt præconijs, & cum pietate eximia, doctrina minimè fucata operoſiſſima induſtria verè complectuntur, quidquid ad formandam Chriſtiani Lectoris animam iuuare poteſt, & proinde nec Typis, vel ingenioſis viris iudico inuidendum opus ego infraſcribendus: habent ſiquidem in hiſtorijs ſanctorũ tepidi vnde incaleſcant, habent prorſus duri, & frigidi vnde compungantur, habent & ſpiritu feruentes vnde magis inflammentur: Non inanis ergo, nec prorſus inutilis erit hæc celebertimi Cardinalis Compendiaria vita, futura eſt equidem in hac vitiorũ tenebroſa nocte lucidiſſima accenſa facula, omnibus fructu, & exemplo; in hodierna maxime languentium multitudine, cæcorum, claudorum, & aridorum Piſcinæ huius mundi, cunctis medicamento, & ſolatio: hic finis, hæc ratio motrix iam diù fuit in votis Excellentiſſimi Medici Badi, quando in alio ſuo digniſſimo opere de cortice Peruuiæ obiter dixit, quidquid de huiuſmodi Sanctiſſimæ Mem. Heroe purpurato Bellarmino affirmauit, & quia quod famæ Sanctitatis eidem confert, & Canoniſmo, non aliter ab eo circunferuntur, quam circumferri ſolent ea, quæ non vltra humanæ hiſtoriæ fidem promerentur, iuxtaq; Summorum Pontificum iam publicatas Bullas, & Decreta præſcribuntur: hinc eſt, quod quæ hic dicit, firmitatis merentur robur, & vt intemerata conſiſtant, debent ex prælibati Reuerendiſs P. Inquiſitoris præſidio communiri; quod equidem, cum auidiſſime peroptem, vt promptius annuat, & humiliſſimè poſtulo, & hoc noſtrum approbationis teſtimonium libenter adijcimus, & deuotè preſentamus: omitto aliqua, Me etenim Auctoris remoratur modeſtia, eius laudes eo ſunt pulchriores, quo non quæruntur, ſed tenentur.

Sic cenſeo ex Conuentu noſtro Ianuenſi Sanctæ Mariæ Pacis die 24. Septembris 1670.

Ego Fr. Dionyſius à Genua Reformatus S. Franciſci, & S. Officij Conſultor.

Imprimatur attenta prædicta approbatione.

F. Sixtus Cerchius Inquiſitor Generalis Genuæ.

1670. 31. Octobr. Imprimatur

Ex auctoritate Exc. & Illuſtr. Magiſtratus Inquiſitorum Status.

Io: Franciſcus Caſtagnola Cancell.

PRO-

Digitized by Google

PROTESTATIO

QVia volo, & debeo obſequens eſſe Romanor. Pontificum ſanctionibus; quæ dixi in hoc opuſculo de Sanctitate Card. Bellarmini, deque alijs, quæ naturæ vires ſuperant; qualia ſunt miracula, prophetiæ, aliaq; huiuſmodi, quæ ad Diuina Chariſmata pertinent, non aliter accipi volo, quam accipi ſolent ea, quæ non vltrà humanæ hiſtoriæ fidem progrediuntur. Vocabula verò Sancti, & Sanctitatis, quibus aliquandò vtor, ab alijs anteà vſurpatis, ad mores tantum refero, non ad ipſius perſonam; adeoq; profiteor me hiſce lucubrationibus nolle quicquam venerationis aut cultus maioris eidem Ven. Viro tribuere, vel famam, & opinionem Sanctitatis eiuſdem augere, nec vllum gradum facere ad futuram illius Canonizationem, aut miraculorum comprobationem, niſi priùs probentur ab Eccleſia, & ab Eccleſiæ Summo Antiſtite, ſuper quem Eccleſia in Petro fundata eſt, quæ eſt columna & firmamentum veritatis.

SE-

Digitized by Google

SECTIO PRIMA:

DELIBANTVR EIVS VIRTVTES.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DElibabo potiùs, quàm referam Virtutes ſerui Dei ROBERTI CARDINALIS BELLARMINI; tùm quia quæ ſcripta ſunt de eo, ſunt minor pars eorum quę geſſit; tùm quia ipſe Virtutes ſuas, & chariſmata omni induſtria tegere conabatur; nec ea quæ ab alijs ſcripta ſunt, ſatis explicant pręſtantiam Virtutum eius, ideoque quod à nonnemine ſcriptum video, lubens hic accipio, *qui non nouere ipſum, aſſequi legendo nequeunt Virtutum præſtantiam, quibus homini ornando natura, & gratia conuenere.* Attamen non ità ſe ſe occulere potuit, quin odor Virtutis eius, tàm Deo gratus, hominibus quoque fragrantiſſimus fuerit, in odorem planè ſuauitatis.

P. Petra Sancta lib: 2. cap. 4. & lib. 6. c. 3

P. Fulig. in Bell. vit. c. 12. & c. 35.

P. Ioan. Bàptiſ. Roſſi in clypeo Caſtit.

§. PRIMVS

DE INNOCENTIA.

Puer adhuc Sancti nomen meretur.

Petrarãcta lib. 1 cap. 2.

INnocentia eius in primis ſeſe prodit, eaque morum ſanctitas, tàm eximia, vt puer adhuc *ſanctitatis famam* conſecutus fuerit; quam poſteà retinuit conſtantiſſimè, magniſque auctam incrementis ad ſuperos vſque retulit; & ea quidem fuit innocentia vir Dei,

Mira ei⁹ Innocẽ & Amor veritatis.

P. ſancta lib. 6 c. 1. & lib 1 cap. 2.

tamque illibatis moribus, vt in omni vita nunquam ſpontè, & meditatò deliquerit, ne quidem in eis noxis, quę leuiculę cum ſint, *veniales* dicuntur à Theologis, & quod vix auditum fuit, nullo ſe vnquam mendacio polluerit.

Ei⁹ Virginitas, & Animi puritas.

P. ſanct. loc. cit.

Quid mirum, ſi indè prodijt *Virginitas*, & cæleſtis quædam puritas Animi, quid ſi *lilia fragrantia vnguentis optimis?*

Neſcit malitiã.

Loc. cit.

Equidem ea fuit puritate, & cordis munditie, vt nonniſi ſciret quæ Dei ſunt, neſciret quæ carnis, & mundi ſunt, vſque adeò, vt dum legeret, audiretque quę ad pręceptum VI. diuinæ Decadis, & ad Matrimonij Sacramentum ſpectant, neceſſe ei fuerit illorum vocabulorum vim, & ſignificationem ab alijs edoceri, nec hoc iunior tantum, ſed ſenex, &

Dictũ S. Frãciſci Saleſij, &

Carolus Aug. Saleſius in vi. S. Fr. lib. 9.

in purpura egit. O quam meritò de eo dixit S. Franciſcus Saleſius, *ipſum nihil minus ſciuiſſe quàm malitiam!* Et ò dignum eius ſanctitatis encomium!

Bellar. laudes.

Dicam aliàs, quo loco *Ven. Virum* habuerit *S. Franciſcus Saleſius*, qui ſæpè eius ſanctitatem,

&

& doctrinam commendat; adeoq; *Bellarminus* ab eo dicitur *Columba innocens*, dicitur eius *Animæ facies perquam decora*, dicitur eius *Anima deuotiſſima*. Libros quoque eius *admirabiles* vocat D. Franciſcus, *Eccleſiæ frugiferos*; vt paucis dicam, vocatur à D.Franciſco *Magnus Bellarminus*, vocatur *Magnus Doctor*, quę omnia ſuis locis oſtendam.

Bellarminus quoque S. Franciſco vicem rependit, mutuiſque ſe ſe exornant laudibus Viri Dei. Ità paria de S. Franciſco Magnus Bellarminus ſentiebat, aiebatque aliquando *miraculo eum Sabaudiæ datum, ac natum, & miraculo factum Epiſcopum, &c.* Innocentiam in primis eius commendabat, *& Adamum in eo peccaſſe non videri* ad omnem occaſionem inquiebat, ſic refert *Carolus Auguſtus Saleſius, in vita S. Franc. lib.9.* ſubditque anteà, citatus ſcriptor. *His afficiebatur ergà Sanctum Sanctus.* Quanti æſtimarit S Fr. Sal. Car. Bellar.

§. II.

DE HVMILITATE.

IS hæc Innocentia, neque ſola fuit, neq; inanis, ſed omnium virtutum genere refertiſſima. Iecit primum humilitatis fundamentum, tamquam initium celſiſſimæ Sanctitatis, deditque in omni vita huius virtutis eximia documenta; dedit in Societate, in qua ad vilia quæque minimaque ſe ſe abiecit, famulus potius aliorum, quam ſocius; dedit

Lib. 1. cap.2.

in purpura Cardinalis, quæ eò magis ſplendeſcere viſa fuit, quo magis Chriſti Domini humilitatem, clariſſimis exemplis oſtendit.

In humilitate eximius.

Vultu, verbis, moribus, & inceſſu Chriſtianæ humilitatis imaginem ad viuum expreſſit. Cum omnibus ſemper comis, & humilis, præſertim cum illis, quos Deo cariores eſſe putabat; dixitq; ſæpius neminem aſpernari nos debere, & ſi mendicus foret, dum ignoramus, num ille gratior ſit oculis Dei, quàm nos fortè ſimus. Nec dictis exempla defuere; nam cum pauperibus ſic agebat, vt eis potiùs ſubeſſe in purpura, quàm præeſſe videretur; feſſis ideò, & ſenioribus, ſedem interdum, quo vna ſederent ſuis manibus aptauit; nec ſemel ſtans ipſe, pauperes ſedentes audiebat. O rarum humilitatis exemplum!

P. ſanct. lib. 6. c. 4.

Eius dictum.

Pauperes cũ obſequio excipit.

Loc. cit.

Cenſurã librorũ ſuorũ flagitat.

Cum tanta polleret ſapientia, operum ſuorum cenſuram petebat enixè, & æquo animo ferebat, nedum ab hominibus ſapientibus, ſed etiam ab alijs, qui minùs ſaperent, vtpotè qui ad vtilitatem, non ad plauſum ſcriberet, nec ſemel viſus fuit ire in ſententiam aliorum, non ſecùs quam ſi homo rudis quidam fuiſſet, & diſcipulus, immemor planè ſui, ſuæq; ampliſſimæ dignitatis, & doctrinæ, ob quam meritò magiſter aliorum audiebat.

Loc. cit

Humilis ſimul & ſapiẽtiſſimus.

Dignitatũ omniũ quo dammodo oſor.

Dignitates ſemper reſpuit, tùm priuatus in Societate, tùm Cardinalis in purpura, quàm inuitus, vltrà quàm dici poteſt, & imperio iubentis Pontificis, cum interminatione Anathematis, admiſit; &

Lib. 3. cap. 1.

quod

P. Iac. Fuligat. vit. Car. Bel. c. 16. quod amplius eſt, cum lacrymis, tàm profuſis, vt vix credi poſſit. Habitam purpuram ſtatim fleuit, vſurpans eas voces, quibus in re ſimili gemuerat olim Sanctiſſimus Pontifex Gregorius Magnus: *Lib. 3. cap. 1.* *Ne vocetis me Noemi, ſed vocate me Mara, quia amaritudine valdè repleuit me Omnipotens.*

Lib. & c. cit. Ideò dedere quidam ei litteras, non quę lętitiam, ſicut ad Cardinales fit, ſed quæ dolorem exprimerent. Fecerunt id inter alios duo Ampliſſimi Cardinales *Auguſtinus Valerius*, & *Franciſcus Maria Thauruſius*: Fecit id etiam *Vener. P. Bernardinus Realinus*, notæ Sanctitatis Vir, & ipſi Bellarmino apprimè carus, cuius verborum ſeriem iàm repono. *Quoad onus impoſitum tibi non opinanti, equidem vna tecum doleo, ſed ſpero tamen futurum, vt qui dixit onus meum leue, promiſſa hæc verbi Sancti ſui cumulare debeat efficaci augmento, tùm Societatis noſtræ, tum obſequio diuinitatis ſuæ. Sanè tàm inſignis obedientia, qui fieri poterit, vt non loquatur victorias? fiat igitur promptè voluntas Ieſu*. Sic Vir Sanctus Viro Sancto animæ ſolatium ſuppeditauit. Litteræ Conſolatoriæ, mœrentes ob eius dignitatē.

At non ideò quieſcere viſus eſt humillimus ſeruus Dei; enim verò habitam ſemel purpuram, à ſe ſępè excutere conatus eſt; & quia dimittere ſibi non licuit, eam ſaltem lacrymis proſequebatur, vſq; adeò, vt eam in pœnam ſibi datam fuiſſe, ob ea quę in vita deliquerat, *obortis lacrymis* quandoq; etiam dixerit. Conatur ſępè purpurā reiicere.

Libr. 3. cap. 3.

Libr. 4. cap. 7. A *Papatu* mirum quam abhorruit, adeòque in comi- Pontificatū exhorret.

comitijs Deum rogabat, vt ſe ab eô pondere, & dignitate ſubtraheret, quæ vt Cælo eſt magis proxima, ità videtur ruinæ eſſe propinquior; iterabatq; ſæpè has voces, *A Papatu libera me domine, & mitte quem miſſurus es*; Vouitq; etiam, quod ſi fors in Pontificem fuiſſet electus, neminem ex ſuis conſanguineis, & affinibus ad vllam dignitatem vllo modo eſſet promoturus.

Preces eius in comitijs.

Loc. cit.

Libr. 4. cap. 6.

Cõſolationes, & reuelationes occultat.

Conſolationes, quas Cælitùs hauſit, tegere ſemper ſtuduit, & hanc ſibi legem præfixit, & ſeruauit. Fecit priùs quod alios poſteà docuit, *theſaurum* ſcilicet inuentum abſcondere *quid enim aliud eſt*, aiebat ipſe, *abſcondere theſaurum inuentum, niſi ſub humilitatis velo tegere acceptam gratiam: non ſe efferre ob lumen diuinitùs acceptum, neq; iactare conſolationes, & reuelationes diuinas, ne inanis gloria gloriam veram corrumpat.*

Libr. 2. cap. 4.

Lib. 5. de Æter. fel. Sanctor. cap. 1.

Gaudet ſe deſpici, & cõtemni.

Eò tandèm progreſſa eſt humilitas eius, vt nihil penſi duceret contemni ſe, palamq; deſpici, & quod magis mirum, à mendiculis quoq; hominibus. Nolo ire per ſingula exempla; vnum hic adduxiſſe ſatis fuerit.

Libr. 4. cap. 3.

In conſeſſibus Cardinalium, qui Romæ habentur, nonnemo fuit ex eis, qui doctrinæ æmulatione (quanquam Bellarmino longè impar) ipſius ſenſa, & doctrinam data opera impugnabat; Nec quidquam ab eo dicebatur, quod non ſtatim morderet ille, deſpiceret, non citrà conuicium. Bellarminus contrà ſilere, patienter ferre, diſſimulare:

Libr. 6. cap. 4.

Digitized by Google

lare: Id cum ægrè ferrent alij Cardinales, rogatus eſt, modeſtiam in loco poneret, & verbo tantum (potuiſſet enim) æmulantis licentiam cohiberet. Sed vir dei, qui ad huiuſmodi contumelias geſtiebat, ſubridens, interpellanti primò digitum, deindè brachium oſtentans, *mihi ſatius*, inquit, *& melius eſſe videtur tantillum Charitatis, quàm menſura quantalibet exiſtimationis*; Nec a propoſito ſilentio receſſit: qui ſæpè aliàs huius humilitatis, ſuiq; contemptus dedit exempla; dicebatque ad has occaſiones, *pluris à ſe fieri charitatis vnciolam, quam pondo exiſtimationis propriæ.* Dictũ eius. Aliud.

His humilitatis exemplis permotus *Eminent. Card. Zapata*, Inquiſitor Generalis Hiſpaniarum, qui ſæpè his conſeſſibus interfuerat, Bellarminum tanti fecit, vt ob hanc ſolam humilitatem, eum eſſe duxerit virum eximiæ Sanctitatis, dignum vtique, cui Sanctitatis honos, & Sanctorum Apotheoſis deferretur. *P. Didacus Ramirez, in vit. Car. Bellarm. lib. 5. c. 13.*

§. III.

DE PAVPERTATE EIVS.

HVmilitati finitimæ ſunt voluntaria paupertas, & obedientia, quarum in omni vita amantiſſimus fuit. In Societate paupertatem ſemper coluit, ſponteque caruit rebus ſibi neceſſarijs; quin, & libris ſcriptiſque carere voluiſſet. In eius cubiculo nul- *Petra S. Libr. 2. cap. 8.* Paupertatis Amantiſſim⁹.

cubi-

Digitized by Google

læ imagines expictæ, ſed vulgares dumtaxat, & cartaceę, nec quidquam ſibi ſupereſſe inuenit quam *Reliquiarum thecam*, quam ideò in Rectoris manus deferri voluit, nec ampliùs eam admiſit.

In purpura adhuc magis, & ciborũ paucitas.

In purpura hanc fortius retinuit, & vti ſponſam ad legit. In eius menſa vulgaris caro, vulgares cibi, & paucorum obolorum pretio coempti, qui vix poterant homini gregario ſufficere. Denique paupertatis, & pœnitentiæ ſtudio, ad eſum herbarum, & leguminum ſe contulit, quanquam huiuſmodi abſtinentiam, ob ſecutam inualetudinem diù ferre non potuit. *Libr. 5. cap. 3.*

Moderatio eius in veſtitu.

Viginti annis, quibus Cardinalis vixit, nullis ferè vſus fuit veſtibus, præter eas, quas à Clemente VIII. primum acceperat; adèoq; indumenta detrita reſarciri ſibi perpetuò iuſſit, & manicas dumtaxat in eis mutari, ſi hæ vſui deficientes, aut non ità perfecti luminis forent; Rubram ſubuculam veterem, & æuo laceram, nunquam permiſit ſibi à famulis detrahi, vt indueret nouam, & cum obijt, inuenta hæc eſt inſtar centonis, aſſutis è vili panno fruſtulis minimum octo. *Lib. cit.*

Rarum paupertatis inuentum.

Semel cum ei tumerent tibiæ, ob affluxum humorum eò repentium, neceſſe habuit laxiora tibialia ſibi fieri, quæ alioqui ex rudi panno parabantur. At ipſe ſiuè paupertatis ſtudio, ſiuè ne obolum detraheret ſuis pauperibus, quos impensè amabat, noua ſibi fieri recuſauit, raròque, nec vnquam, vti *Lib. 4. cap 3.*

reor,

reor, aut viſo, aut audito in purpura exemplo, par aliud tibialium vetuſtorum, quæ fors domi erant, accipi iuſſit, eiſque medijs inſui fruſtulum è ſimili panno, vt ſic eſſent laxiora, eiuſque tibijs aptari commodè poſſent.

Vt finiam; paupertatem in purpura ſibi comitem voluit, & optauit; quarè quidquid pretioſum à Principibus viris ei dono miſſum fuit, (quod ſæpè contigit) vel repudiauit, vel pauperibus ſtatim diſtribuit; ſibique religioni etiam duxit, minima quæq; munera, & viliſſimi pretij ab alijs accipere; tàm erat alienus ab omni cupiditate rerum terrenarum, qui totus in Deum ferebatur, Cælum, Deumq; tantùm appetens, & concupiſcens. Deniq; vt viuens hanc virtutem deperijt, ità moriens, nonniſi inſignia paupertatis reliquit alijs, Crucemque ideo non ex auro, ſed ex ligno fabrefactam, ſibi gratiſſimam, quia erat quantum diuitiarum domi reperiebatur, teſtamento legauit *Petro Card. Aldobrandino* his verbis dignis æterna recordatione. *Relinquo autem Illuſtriſſimo Domino meo, id quo pretioſius nihil habeo, videlicet Crucem ligneam reliquijs pretioſiſſimis refertam.*

Munera constanter reijcit. *Lib. 6. cap. 5.*

Crucem ligneam reliquit Cardin. Aldobrandino. *Lib. 6. cap. 3.*

§. IV.

DE EIVS OBEDIENTIA.

STatim ac Societati nomen dedit, deliberauit in primis obedientiam ſectari, quæ virtus ſemper ei cordi fuit; nec tàm verbis, quàm opere id præſtitit; dicebatque, ſignum certiſſimum ergà nos propenſi Dei eſſe, ſi prompti, & alacres obedientiam exequimur, qui in omni vita, hanc virtutem non tam coluit, quàm ſemper exercuit; priuatus ergà ſuperiores Societatis, purpuratus ergà Pontificem, à cuius nutibus, in rebus quoq; leuiſſimis pependit; nec minùs Generali Præpoſito obſequens fuit, & obediens, Regulaſq; omnes Societatis tàm ſanctè ſeruauit, vt diceretur paſſim CARDINALIS BELLARMINVS *Ieſuita rubro panno veſtitus*; mutatus dumtaxat habitu, & colore, vt loquitur Emin. *Petrus Card. Valerius*, cęterum ſemper mitis, humilis, & ſui ipſius ſimilis; qui poſteà ſubdit, *memoria, vti credo omnib. ſæculis futuris ſine exemplo, & fortè etiam ſine ſpe imitationis*. *Lib. 2. cap. 8.*

Dictum memorandum Cardin. Valerij.

Sed eò in obediendo proceſſit Vir Dei, vt ſuis quoq; famulis in purpura obediſſe viſus ſit, tàm præclarè coniunxit humilitatem, & obedientiam. Saltem pares eos habuit; nec eis pro imperio vnquam vſus, rogabat dumtaxat, vt ità facerent: quin etiam, ſi quandò à publicis negotijs, ieiunij tempore, domum ſeriùs reuertiſſet, prandium differebat, *Lib. 3. cap. 4.* *Lib. 3. cap. 3.*

Obedit quoque famulis.

Et quodãmodo famulatur.

&

& poſtquam familia per otium pranderat, tum demum ipſe incipiebat; adeò familiare habuit, quibus dominabatur, ijs ex modeſtia, & ſubmiſſione famulari. Ità etiam cum nox appeteret, veſpere eos dimittebat, vt ſinguli ſe ad ſua referrent, & ab eo tempore ſi quis fortè ipſum adijſset, tollens ipſemet è menſa lumen, per intermedia cubicula abeunti prælucebat.

Lib. 3. cap. 4

Huc refero exactiſſimam illam ſui Religioſi Inſtituti obſeruantiam, omniumq; legum diuinarum, quas ità adimpleuit tùm in Societate, tùm in purpura, vt quæ præcipiunt illæ vocibus, eadem perfectè redderet moribus ſuis.

Lib. 2. cap. 8 & libr. 6. cap. 1.

Diuinarum legum, & Regularum obſeruantiſſimus.

Hanc ipſius obedientiam, non ſine admiratione ſuſpexit *S. Franciſcus Saleſius* his verbis. *Miror*, aiebat, *Magni huius doctoris obedientiam, qui nullas vitæ delicias ſe noſse verè poteſt dicere: quos enim labores non ſuſtulit in reuoluendis hæreſum ſordibus? & ſanè reuoluit montes librorum, &c.*

Carolus Aug. Saleſius in Vita S. Franciſ. lib. 9.

Obedientiam eius cõmendat S. Franc. Saleſius.

Qui BELLARMINI obedientiam,
ex vno dumtaxat capite admiratur, quid feciſſet ex
tot alijs
exactiſſimæ eius obedientiæ argumentis?

Digitized by Google

§. V.

DE EIVS PATIENTIA.

Carnis maceratio.

NEC minùs pati, quàm agere fortia viſus eſt Vir Dei, nam præter ſponte obitas corporis afflictationes, verbera, ciliciorum aſperitates, quidquid ei obuenerat extrinſecùs, patientiſſimè tulit, vt nequidem muſcas, culices, paruaſque alias animantes à ſe fugari vellet, memor illius dicti *obmutui, & non aperui os meum quia tu feciſti*. *Libr. 3. cap. 3.*

Eius tolerantia.

Hyberno tempore nec igne vſus, nec æſtiuis caloribus, (vtiq; patientiſſimus caloris, & frigoris,) auram captabat, ſitimq; diram, & diutinam per *ſex integros menſes* patientiſſimè tolerauit; cum nec aqua, nec alijs vteretur ingenijs, quæ eam tantillum reſtinguerent; tantùm ſolatio ei erant Martyrum exempla, quos propter copiam profuſi ſanguinis, aiebat ſimillimos fuiſſe Chriſto Domino in Cruce ſitienti. *Loc. cit.* *Loc. cit.*

Et ſitis diutinæ patientia.

Teſtat. Cardin. Creſcẽt.

Hanc eius patientiam, & patiendi ardorem, *Emin. Card. Creſcentius* his verbis teſtabatur, *Vir erat aduersùm ſe ſeueritatis tantæ, vt ſibi, ne in vltimo quidem ſenio indulgeret, & cum ab ipſo exigerem, vt duriſſima hyeme aliquid neceſſitati daret, permitteretq; dum ſurgeret ante auroram, focum in cubiculo inſtrui, reſpondit, ſi hoc fiat, quando nam nos exercebit virtus patientiæ?* *Lib. 3. cap. 3.*

Sed

Digitized by Google

Sed præclarum fortitudinis, ſimulque Charitatis exemplum dedit, cum ſe *Duaci* ad mortem pro Chriſto fideque ſubeundam, paratiſſimum oſtendit, de qua re idem *Cardinalis Creſcentius* his verbis teſtabatur: *Fuit miraculo prouidentiæ à morte ſeruatus, ſed non fraudatus gloria Martyrij, cuius occaſionem animo tam alacri arripere non dubitauerat.*

Lib. 2. cap. 4.

Mortē libenter pro fide, & Deo obire paratus.

Mitto dicere de laboribus, quos pro Religione ſuſtinuit, qui multi, & magni fuere; nam ab adoleſcentia ad ſenectam vſq; & deuexam ætatem, ſiue docendo, ſiue concionando, ſiue ſcribendo, ab eis nunquam ceſſauit; & tamen hæc omnia agendo, ad infima Societatis miniſteria deſcendit, vt ipſe quoq; dicere potuerit, *In laboribus à iuuentute mea*; verè enim ab adoleſcentia ad metam vſq; vltimi ſenij, ſemper laboribus ætatem præceſſit, & annos rebus geſtis anteiuit.

Lib. 2. cap. 2.

Labores eius perpetui fuere.

§. VI.

DE ORATIONIS STVDIO.

QVI amat Deum, & eo potiri concupiſcit, (quod ſemper in votis habuit Cardinalis Bellarminus) frequens cum Deo agit per Orationem, vt Deo quoquopacto fruatur; ideoque nihil frequentius habuit Vir Dei quàm orare, & nunquam ab Oratione deficere; & licet tot curis, & muneribus impeditus eſſet,

Lib. 2. cap. 4. & libr. 6. cap. 3.

Iugis eius Oratio.

ora-

Digitized by Google

orationi ſemper vacabat, ſiuè mente, ſiuè lingua; ſiuè affectibus, eique quodammodo inhiabat. Quidquid ageret, quidquid diceret, ad Deum tendebat;& dum externa procuraret & humana, oculos ſuauiter attollebat cum leni motu labiorum, quibus ſonum occultare, cętera loqui videretur. Hanc iugis eius orationis frequentiam, confirmat *Eminentiſs. Cardinalis Scaglia* Cl. Ordinis Prædicatorum, his verbis, *vidi eum ſæpius in Congregationibus, poſt peracta negotia, ſegregatum ab alijs geſtis, & verbis ad Paradiſum adſpirare*. Vt paucis dicam, omnis eius ſermo, omnis eius actio, quantumcumq; indifferens, in Deum tandem deſinebat, vndè ipſe quoque meritò potuit vſurpare, *Quidquid conabar dicere, Chriſtus erat.* Nec quælibet res mundi, quæ ſenſus oblectant, & à Deo nos eripiunt, poterant vel tantillum animum eius à Deo reuocare, & à cæleſtibus; quinimò hæ potius ei fuere incitamentum quoddam, tùm Deum laudandi, tùm Cælum appetendi. Quoties diuitias, pompas, & quæ prima Mundus habet intuebatur, tùm ad Deum conuerſus aiebat, *Si tàm multa bona domine, tribuiſti peregrinis, habitatoribus terræ huius, interdum hoſtibus tuis, & his qui maledictis proſcindunt nomen ſanctum tuum; amicis quid non dabis, & his qui aſſiduè perſonant laudes tuas?*

Lib. 5. cap. 5.

Teſtatur Cardin. Scaglia.

In propr. teſtim. ap. Fulig.

Exercitia S. Ignatij quotannis obit.

Ad hæc quotannis Exercitia *S. Ignatij* per menſem integrum in MõteQuirinali ad S. Andreę meditabatur: Et hinc prodiere illa opuſcula Aſcetica, quæ

Lib. 3. cap 3. & Libr. 6. cap. 3.

quæ admirationi fuere *S. Franciſco Saleſio*, & quę nedum plurimis Catholicis, ſed ipſis quòque hęreticis adiumento fuere. Nam in Anglia hæretici his Bellarmini libris vſi ſunt, præcipuè aureolo illo *de Aſcenſione mentis in Deum*, reddito idiomate eius Regni, ab vno ex Miniſtris eorum; quin etiam
Lib 6. cap. 3. *Iacobus Rex* Magnæ Britanniæ, penes ſe libellum habuit *de Gemitu Columbæ*. Vtinamq; eo, cęteriſque eius libris, profeciſſet Rex ſapientiſſimus. Iacob. Rex magnę Britanię legit eius opuſcula.

Diuini Officij penſum perſoluebat mira deuo-
Lib. 6. cap. 3. tione, aut nixus genibus, aut ſtans aperto capite, quemadmodum in more habuit S. Franciſcus; quin etiam partes ſingulas Officij proprijs, & diſtinctis horis inter aſſiduas fereq; omnium horarum occupationes recitabat; cum interim arderet oculis, & ſuſpiria diuinis laudibus admiſceret. In hanc rem narrabo factum, memoratu dignum. Attentio in Diuino offic. celebrando.
Lib. de cap. cit. Ingreſſus aliquandò in eius conclaue *Petrus Cardinalis Aldobrandinus* Clem. VIII. Pontificis ex fratre Nepos, inuenit eum diuini officij horas recitantem; ſed non ideò vir Sanctus à diuinis laudibus ceſſare tantillum, non ſalutanti reſpondere; ſed immotus hærere diuino operi quod incæperat, quo integrè abſoluto, ad virum Principem ſtatim adijt, eique debita obſequia præſtitit. De meditata iſta diuini Officij recitatione, deq; frequentia ora- Quid egerit cũ Cardin. Aldobrandino.
Lib. 6. cap. 5. tionis eius, *Eminentiſs. Card. Creſcentius* in hunc modum loquebatur, *præter horas*, ait, *Officij Sacerdotalis (quas momentis ſuis legebat plerumque in* Teſtatur Cardin. Creſcẽt.

genua

genua prouolutus) & præter tempus quod piæ commentationi rerum cæleſtium tribuebat, interualla negotiorum omnia, aut ſtudio, aut precationi dabat.

Cęli voluptatibus recreatur. Denique in Oratione perfuſam eius Animam liquidis Cæli voluptatibus, & de torrente voluptatis potatam, vel eo quoque argumento patebat, quòd ad eam rediret ſemper fame integra, nec minùs auidè, quam infantuli in genitricis vbera ferantur. *Lib. 6. cap. 3.*

Sanctorum vitas optimè callet. Vitas Sanctorum ſæpè verſabat, eaſque optimè calluit, tamq; intimè penetrauit, vt qualibet oblata occaſione, de his ſtatim ageret, & extempore, tametſi de his Sanctis forent, quorum vix nomina ſciuntur; vt hinc etiam apparuerit, quàm iugiter cum Sanctis, & Beatis omnibus ipſe ageret; ſcilicet non tàm facta Sanctorum, quàm ipſorum nomina inſcripta cordi habuit. *Lib. 5. cap. 5.*

In vita B. Catharinæ Genuenſis. Cum de Sanctis ago, nolo hic omittere, quàm fuerit benè affectus Vir Dei erga Beatam Catharinam noſtram, quàm ſæpè eius Vitam legerit, de ea meminerit, quod iam aliàs oſtendi; gaudeoq; Beatam illam, non tam vulgo Beatę nuncupatione ornatam, ſed etiam Pontificis Maximi *Clementis X.* oraculo, quem Deus diù ſeruet incolumem, *Beatæ* nomine nuper inſignitam fuiſſe, cum ſpe ampliora conſequendi. Nec tacere debeo, initium à me datũ fuiſſe huic eius maiori glorię, ſuperadito ſcilicet Capite Vitę ipſius, in quo ago *de illuſtri opinione virtutis, & Sanctitatis eius*, quod alij poſteà vberiùs proſecuti fuere, & quod optabant, conſecuti.

§. VII.

Digitized by Google

§. VII.

DE CHARITATE IN DEVM.

IN hac potiſſimum eminuit CARDINALIS BELLARMINVS, quę Virtus ſemper manet in Patria, vt pote quæ *maior eſt omnium*, vt Apoſtolus loquitur. Porrò ad menſuram ætatis, Charitas in eo ſemper creuit, eximiuſque in Deum ſuum, & ardentiſſimus Amor. Multa Diuinæ Charitatis argumenta in eius Vita continentur, de quibus ſileo in præſentia. Satis eſt dicere, Cor eius diuino igne incenſum ſemper fuiſſe, vſque ab ipſius adoleſcentia. Hinc frequens languebat prę deſiderio videndi Deum, crebròque erumpebant ex eius ore mixta ſuſpirijs verba diuini Apoſtoli, *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto*.

1. Cor. 13.

Libr. 7. cap. 5.

Libr. 5. cap. 5.

Lãguor eius ob DEI Amorem.

Hinc mors ſibi optatiſſima, quæ eſt via ad vitam; frequens ideò de ea ſermo, deque gloria Sanctorum, id quod in familiari ſermone, & in eius Epiſtolis frequenter faciebat; ſpatioque vndecim annorum, de re alia non miſcebat ſermones, quam de Deo, & fruentibus Deo, quemadmodum teſtatur *Raphael Epiſcopus Zacinthi*.

Libr. 7. cap. 1.

Iugis eius memoria de morte, deq; Sanctis.

In Deum ſcilicet ſua ſponte quodammodo ferebatur, vt potuerit meritò vſurpare, *oculi mei ſemper ad Dominum*; nec ei quidquam magis facile fuit, quam *Deum* amare toto corde, & totis viribus, quod tamen alijs difficile videri potuit. *Quid enim*

Sua ſponte in Deũ tendebat.

facilius aiebat, *ſuauius, dulcius, quam diligere bonitatem, & pulchritudinem, & Amorem, quod totum es tu Domine Deus meus?* Dicebatq; Deum nobis quodammodò *iniuriam facere, cum tam ſeuerè iubet vt eum diligamus, quaſi ſponte noſtra eum diligere non debeamus*, ò Amorem! Hinc euenit vt parui duceret, ſi quis ſponte à venialibus abſtineret, aiebatque, *Mihi hæc res non adeò magna videtur; quis enim ſciens & prudens, vel leuiter peccaret?*

Dictũ Cardin. Bell.

Lib. de Aſc.mẽt. in Deũ Grad. 1. cap. 6.

Lib. 3. de Æt. Fel. Sanctor. cap. 12.

Argumentum huius *eximiæ Charitatis* fuit, quòd ipſe penè exultaret, gauderetque maximè ob Diuinæ gloriæ, & Eccleſiæ incrementum, Fidei propagationem, hominumq; in virtutibus profectum; triſtaretur è contrà ob offenſas commiſſas in Deum, & ob tenuem fructum, quem multi percipiunt ab vſu Diuinorum Sacramentorum.

Exultat ob Dei gloriã, & Eccl. augmẽtum.

P. Iac. Fulig. in Vita Cardin. Bellarmi. Cap. 38.

In vitæ exodio foras magis erupit Amor iſte; adeoq; impatiens morandi ampliùs in terris, qui totus ad Deum Cælumque anhelabat (quod domum ſuam ipſe vocabat) ad ſe conuerſus, ſic aiebat, *quid tu obſcura, & ignobilis caro mihi adhæres adhuc? quid Animam retines, nec ire illam pateris in domum ſuam? diuidere tandem, & diſrumpere. O Domine quam inuitus hic in terris moror! trahe me poſt te, tribue pennas columbarum; volabo, & requieſcam. Quandò veniam, & apparebo antè faciem Dei?*

Impet. Diuini Amoris, & deſiderĩũ videndi Deum.

Libr. 7. cap. 2.

Hi ſunt clamores Sanctorum, qui non de cratere, ſed vt aiunt, de dolio à Sponſi vberibus lac

hau-

Digitized by Google

hauriunt diuinæ Charitatis; ideoque non mirum, ſi Dei amore ebrius Bellarminus, Cælum petit, & Deum; deque torrente voluptatis eius, non iàm bibere, ſed pleniſſimè ſatiari concupiſcit.

§. VIII.

DE CHARITATE IN HOMINES.

Libr. 4. vit. c. 3.

Subuenit pauperibus, omnes recipiēs & lætā ter.

QVidquid in Deum non poterat nullius egentem rei, omne id ipſius gratia in proximos conferebat. Mirum quam effuſus in pauperes fuerit, & liberalis; vt eos aleret, ſibimet detrahebat de cibis, quod ſæpe fecit, deq; rebus alijs, quibus ipſe indigebat; dabat multis, dabat omnibus, læto ſemper vultu, & grata facie; ideoq; confertim, & magno numero AEdes eius frequentabant pauperes, ſolitus dicere quod *hilarem datorem diligit Deus*; non eſſe quærendum cui dandum eſſet, cum in omnibus Chriſtus ipſe, opem à nobis petat; nec fas eſſe ab Epiſcopi conſpectu pauperum quenquam triſtem diſcedere; nullum proinde eorum dimittebat, & eorum ſingulos in ſinu ampliſſimæ charitatis ſemper fouit. Nec ſolum dabat rogantibus, ſed pauperes quærebat anxiè, nec ſolum præſentes, ſed etiam abſentes fouebat. Multis eorum veſtes detritas & ſeminuda corpora deprecantibus, rei veſtiariæ copiam fecit, ſeù pretia exſoluendo vt lacernas emerent, ſeu veſtes proprias interdum eis im-

Conſil. Cardin. Bell.

Libr. 4. cap. 2. v ibid.

Libr. 4 cap 3.

Quęrit pauperes, quos iuuet.

Digitized by Google

pertiendo; ijſdem quoq; lodices, ſtragula, aliaq; e ſupellectili propria diſtribuit. His etiam addere oportet quę clam & manu propria diuidebat; diſpenſatori etiam ſæpè iterabat illud, *colligite fragmenta ne pereant*, hortans his verbis, vt ſi quid ſuperfuiſſet etiam è diſpoſito in vſus alios cenſu, id ad pauperes perindè deriuaret.

Dictum eius.

Hac tam eximia in pauperes largitate, & benificentia, factum fuit, vt non ſemel ipſe ad inopiam ferè deuenerit.

At quia Amor ingenioſus eſt; ſi fors pecunia domi deeſſet (quod non ſemel contigit) vt pauperibus ſuis non deficeret, res ipſe ſuas oppignerandas dedit. Equidem ſemel proprium Annulum Epiſcopalem, è digito ſibi detractum, ad inopem iuuandum, ſecretò oppignerauit; aliàs argenteum atramentarium pignoris loco dedit; nec ſemel rhedam, & equos, ſtudio iuuandi pauperes vendi iuſſit; viroq; cuidam nobili pauperi equum ſui ſtabuli donauit, cum alia domi deeſſent; ſolebatq; dicere ad huiuſmodi occaſiones, *ſi prompta pecunia non ſuppetit, aut commodatò accipiatur, aut oppignoretur aliquid ex vaſis argenteis, veſtibus, & cætera ſupellectili.* Quid ergo mirum ſi *Pater pauperum* dictus fuit; ſi eum inopes vti *parentem* mortuum luxere?

Res ſuas ſæpè oppignerat, in pauperũ ſubſidium.

Libr. 7. cap. 1.

P. Fuligat. in Vita Cardin. Bell. cap. 23.

Pater pauper. appellatur; Eũ pauperes lugẽt mortuum.

Lib. 7. cap. 3. & 4.

Certè de ipſo dici poteſt illud Dauidicum, quòd *diſperſit & dedit pauperibus*; nec tàm ipſe *diſperſit & dedit*, ſed alijs quoque Auctor fuit, vt pauperibus

peribus

Digitized by Google

Lib. 4. cap. 3. peribus eleemoſynas facerent, aliaq; pietatis opera inſtituerent, quod in primis egit cum Eminentiſs. Cardinalibus *Montalto* & *Aldobrandino*, alijſque. Extantq; eius Epiſtolæ typis datæ, quæ plenæ ſunt omninò huiuſmodi Charitatis ſiuè officijs, ſiuè conſilijs, zelumq; fidei, & Animarum ſalutem ſibi optatiſſimam, vbiq; oſtendunt.

Auctor eſt alijs, vt eleemoſynas faciant.

Hæc eius Charitas, ad ipſas quoq; belluas deriuauit (quod perindè lego de *Beata Catharina Genuenſe*) ideoq; ſi matutino tempore curru vectus fuiſſet, compatiens equis, à prandio alios ſubſtitui iubebat, ne nimium fatigarentur, quod refert nobilis Scriptor; adeòq; ità humanus, & mitis fuit, vt ne pulices quidem interfici pateretur.

In eius Vita.

Cũ belluisquoque miſericors.

P. I. Lorinus in c.5. Deuteron. v. 14.

§. IX.

ANIMARVM ZELVS, ET CHARITAS.

QVI tàm effuſus fuit in pauperes, multò magis effudit viſcera Charitatis in procuranda Animarum ſalute, quibus lucrandis tota eius inſudauit induſtria. Id egit primum in Societate exemplis plurimis, dein Romæ Cardinalis; poſteà Capuæ Archiepiſcopus, in quo munere adimplendo, quid non egit bonus Paſtor Animarum?

Eius ſũma charitas in ſubſidiũ Animarum.

Lib. 2. cap. 3. & cap. 8. In Societate quidem docendo, concionando, priuatis adhortationibus ad Socios, & alijs Religionis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google

gionis & ſummæ Charitatis exemplis, omnium Animos ad virtutem inflammabat; nec quiſquam erat, qui non diceret, *non ne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur?* Præſes in Romano Collegio, frequentibus adhortationibus, & ſummæ virtutis exemplis prouocabat omnes ad pietatem; & cum oportuit, etiam *lacrymis*; ſolitus ſimili comploratu, Deo ſupplex profectum ſuorum Religioſorum commendare. Cardinalis conciones habuit ad dies feſtos tùm Quadrageſimæ, tùm etiã Aduentus Domini, in frequenti admodum Auditorio; nec quidquam prætcrijt vnquam Vir Dei quod hominum ſaluti inſeruire poſſet.

Cócio-natur Romæ, Cardin.

Lib. 4. cap. 3.

Hæc omnia multò magis egit Archiepiſcopus; nam quà monitis priuatis, quod cum plurimis fecit, quà publicis concionibus, quas plurimas habuit ad populum, magno vtique Animarum emolumento, oues ſibi creditas ad Deum omni ſtudio transferebat: Ipſe rudimenta fidei, tùm per ſe, tùm per alios rudibus, pueriſque explicabat, munera quòq; eis ſua manu diſtribuens; omnibus denique charitatis officijs, quot quot poterat, ad bonam mentem, legemq; Euangelicam reuocabat. Neque ſolum monitis, & operibus, ſed iugi oratione Gregem ſibi ſubditum Deo commendabat; nàm frequens accedebat apud Deum orator pro neceſſitatibus populi ſui, & ſæpè ieiunijs, afflictationibus ſemet Numini pro eo, ſimul victima, ſimul Sacerdos immolabat.

Capnæ Archiepiſcop.

Catechiſim docet.

Lib. 4. cap. 2.

Frequẽs eius oratio, corporiſq; maceratio pro ſuo grege.

Lib. 4. cap. 3.

Hinc

Digitized by Google

Lib. 4. cap. 2. & 3. Hinc mores tùm Ciuitatis, tùm Diæceſis breui tempore repurgati, Clerus, & Moniales ad priſtinum nitorem reſtituti; breui inquam tempore; quo tempore ter Diæceſim luſtrauit; terque h.e. quotannis Synodum coegit, .s. ſolius triennij ſpatio, quo ipſe Archiepiſcopus Capuæ fuit. Reformatio Cleri, & Monialium.

Lib. 4. cap. 2. Lib. 4. cap. 3. Nemo erat ibi ægrorum, quem Præſul optimus non inuiſeret, præſertim Clericos pauperes; & hos non tàm monitis ſalutaribus, quàm pijs largitionibus & eleemoſynis fouit: interim ægros inuiſens, conabatur extinguere inueterata odia inter familias, inclinare ad concordiam Animos, & ſubleuare eos, qui ære alieno detinebantur, nec ſoluendo erant pares. Sed neque *morientibus* defuit, vt oues ſibi à Chriſto creditas, omni ingenio de manu mali Dæmonis, bonus Paſtor eriperet. Ægros omnes inuiſit, pauperes pręcipue. Pacem conciliat. Morientibus adeſt etiam.

Lib. 6. cap. 1. Eratque tàm cupidus ſalutis Animarum, vt dolenter admodum ferret, ſi fors aliqua earum perijſſet; & ob eam rem, viſus eſt ſæpè ingemiſcere, & illacrymari. Sępe lacrymas fūdit ob iacturā Animarum.

Porrò hæc eius Charitas, non ſe continuit intrà anguſtos fines vnius Ciuitatis, & Prouinciæ, ſed extrà quoque ad totum Terrarum orbem ferebatur; tenuitque ſemper eum *ſollicitudo omniū Eccleſiarū*. Pro hac re ſatis ſit legere eius Epiſtolas typis datas, quæ Charitatem tùm in Deum, tùm in homines effuſè vbique ſpirant. Charitas eius Ampliſſima.

Libr. 4. cap. 6. Hinc tot eius Conſilia, tot monita, tùm alijs, tùm etiam Principibus Viris, & ipſis quoque Ro- Conſilia eius ad Principes, & ad ipſū Romanū Pontificem.

manis

manis Pontificibus, vt rebus Eccleſiæ proſpicerent, Fidem propagarent, abuſus tollerent, ſuperflua reſecarent, redderentque Eccleſiæ faciē (quod ipſe ſummoperè optabat) planè nitidam *ſine macula, & ruga*. Et hinc factum, vt eo mortuo, aliqui è Cardinalibus dixerint, *non habebimus qui nos poſthac corrigat, & commonefaciat*, quod teſtatur Eminentiſs. *Card. à Monte*.

Notandum dictũ aliq; Cardinalium.

In prop. Teſtim. ap. Fuligat.

Claudant iſthæc omnia Eminentiſs. *Petri Card. Valerij* verba, quæ ego ex Italico ſermone, optima fide in latinum verto.

Emin. Cardin. Valerij inſigne teſtimonium.

Extat apud P. Fuligat. In Teſtimonijs Cardinalium.

Quis vnquam, ait, *Cardinalis maiori zelo promouit honorem Dei, Reipublicæ Chriſtianæ, Quis maior defenſor Catholicæ Eccleſiæ fuit, dignitatis Eccleſiæ, & libertatis Eccleſiaſticæ? Quis magis ad vnguem, & exactè exercuit primùm munus Religioſi Viri, dein Cardinalis, denique Cardinalis, & Epiſcopi docendo verbo, & exemplo, frequentibus concionibus, vitæ & morum innocentia, quam hic Magnus huius temporis* APOSTOLVS?

§. X.

DE DIVINIS CHARISMATIBVS.

HEroum Animas quodammodò ſegregat Deus à reliqua Turba Iuſtorum; eaſque quibuſdam Teſſeris, & Chariſmatibus ab alijs diſtinguit. Enimuerò ſeruos ſuos Deus ornat exterius, *vt appareant*

Digitized by Google

reant quid ſint apud Deum interiùs, quod pulchrè *Hom. 17. in Ezech.* D. Greg. adnotauit.

Inter iſtos Heroas collocandus eſt meritò Ven. Cardin. Bellarminus; nam ipſe in pleriſque enituit ſuper multos, contulitq; ei ornamenta Deus, ex *1. Cor. Cap. 12.* his quæ numerat D. Paulus ſcribens ad Corinth.

Eluxit in eo *gratia ſanitatũ* in propellendis morbis, quod ſæpè fecit. (Gratia ſanitatum.) Sic *Ludouicus Aragazzius*, *P. Stephanus de Bubalis*, *P. Octauius Lorenzinus*, *P. Don Celſus Amerigus*, ſupremus Cęleſtinorum Antiſtes, *Maria Argentia* nobilis virgo, alijq; qui magnis detinebantur febribus, ſiuè eius contactu, ſiuè precibus, ab his euaſere, vt dici poſſit quòd *imperauit febribus*. (*Lib. 6. cap. 6. cap 7. Libr. 3. cap. 3.* — Febriẽtes ſanat — *Luc cap. 4.*)

Sed nedum alios, verum ſe ipſum ab imminenti Morte eripuit. Sic *Florentiæ* tabe conſumptus, vitam ſibi reſtitui, & valetudinem, plenus confidentia, etiam num adoleſcens à Deo petijt, & confeſtim impetrauit. Quid mirum, ſi miraculo reſtitutus, miraculum propè fuit ſapientiæ, & Sanctitatis? (*Libr. 2. cap. 2. & lib. 6. cap. 6.* — Se ipsũ à morte vindicat.)

Eluxit *operatio virtutum*, in expellendis dæmonibus à corporibus obſeſſis. (Operatio virtutum.) Sic puellæ geminæ à dæmone obſeſſæ, hac fide ad ipſum delatæ, vt Sacro Chriſmate inungerentur, ab eo illitæ, à poteſtate dæmonis illicò eripiuntur. (*Lib. 4. cap. 3.* — Energumenas liberat.)

Loc. cit. Altera energumena nomine *Baroniſſa Pratelia*, abſens ab eo, & pluribus milliaribus diſſita, potentiam orationis eius perſenſit ſtatim; indè enim dæmones rabidè vociferantes, ab ea faceſſere coacti

ſunt, ſine aljis Eccleſiæ amuletis.

Scripto fugat dæmonem.

Rem hic admirandam ſubijcio, & dignam recenſione. Mater impia Capuæ duodennem filiam dæmoni deuouerat; nec fruſtra, enim vero dæmon non ſecus cum ea egit, quàm ſi cum mancipio quodam egiſſet, adeòque puellam verberibus, & alijs tormentis viſibiliter cruciabat. Vt hæc res innotuit Viro Dei, inſtar Sacri Edicti ſyngrapham exarauit, imperauitq; in ea dæmoni, vt deſineret puellam exagitare, ſibi traditã à Deo, tanquam Epiſcopo, & tutori Animarum, eam deindè ſyngrapham iuſsit collo puellæ alligari. Res mira: ex ea die impius exagitator ad puellam non acceſſit propius; ſed tantum de longinquo offerebat ei torques, gemmas, atq; aurum, modò abijceret proſcinderetq; ſcripturam illã, qua ſe ab eius acceſſu arceri fatebatur. Deinceps verò fugæ ſe dedit omninò, nec amplius redijt. *Loc. cit.*

Mira eius poteſtas in dæmones.

Sanè videtur à DEO in ipſos dæmones peculiari vi, & poteſtate donatus fuiſſe; mirumque eſt, quo pacto dæmones ab eo, & ab eius lipſanis torqueantur & terreantur in arreptitijs, quod pluribus exemplis patuit, quorum ego alias memini, quorumq; plurimi teſtes, non de triuio fuere. *In Anaſt. Cortic. Petrunia.*

Sermo ſapientiæ.

Diuina emēdat Biblia.

Eluxit in eo *ſermo ſapientiæ*, & *interpretatio ſermonum* in explicandis *Diuinis Scripturis*, *linguarum peritia*, in *corrigendis Biblijs*, ſacriſq; libris recognoſcendis; In qua re agenda cum quibuſdam alijs clariſſimis viris, pars potior ipſe fuit. Ipſe quoq; *Præfationem* compoſuit, quę antè vulgata Biblia *Libr. 3. cap. 9.* *Loc. cit.*

Sixti

Alphõſi Salmeronis opera omnia diligenter cenſet.

Sixti V. reperitur, & quæ incipit, *In multis magniſq; beneficijs*. Ipſe fuit, qui volumina illa ingentia *Alphonſi Salmeronis* in Diuina Biblia euoluit, & per quam accuratè æſtimauit, cuius iudicio & cenſuræ omnia deferebat ſapientiſſimus ille ſcriptor; ſtudioq; Sacrarum litterarum valdè deditus, cogitabat *Diuina Biblia* commentarijs illuſtrare, ſi per decennium huic operi vacare ei licuiſſet; ob eamque rem rogauit P. Claudium Aquauiuam Gener. Præpoſitum, ſed tantum otij præſtantia eius non impetrauit. *Odem* quoq; ſeù *hymnum* de *S. Maria Magdalena* exarauit, quem Clem. VIII. ſtatui iuſsit inter hymnos Sacros *Breuiarij Romani* caniturq; in Eccleſijs in eiuſdem Diuæ feſto, cuius exordium eſt *Pater ſuperni luminis*. Extat etiam inter verſus illuſtrium poetarum, ſine Auctoris nomine eius *Saphicum de Spiritu Sancto*, cuius initium eſt *Spiritus celſi dominator Axis*, vtiq; dignum meliori loco.

Lib. 2. cap. 5.

Lib. 2. cap. 9.

Hymnos cōponit.

Lib. 1. cap. 3.

Huc refero donum aliud ei cælitus collatum, ob eam vim quam habuit infundendi in alios Sanctitatem & Amorem Dei; quod multi experti ſunt ab eius ſermone, & conſuetudine; Inter quos fuerunt Fr. *Andreas Vviſse* Eques Hieroſolymitanus, & Prior Magnæ Britanniæ, *Iulius Sanſedonius* Epiſcopus vir inſigniter pius, & Comes *Camillus Barberius*. Hic poſtremus, concepta de Viro Dei eximia Sanctitate, moriturus, opem quoq; eius cum alijs Sanctis implorabat his verbis, *Sancte Bellarmine ora pro me*.

Sanctitatē in alijs excitat.

Lib. 5. cap. 5.

Lib. 6. cap. 6.

Lib. 5. cap. 5.

Loc. cit.

Hanc

Digitized by Google

Hanc eandem vim, & motionem expertus in ſe fuit *Hippolitus Cardin. Eſtenſis*, quemadmodum ipſe teſtatus fuit. Sed quid mirùm præſentiam eius mouiſſe Animos ad Sanctitatem, quandoquidem abſens & procul poſitus, eam quoq; Animis indidit? nam vix reſcitum fuit, ipſum Capuanæ Eccleſiæ præpoſitum fuiſſe, vt eo nuntio pleriq; eorum ciuium, bonam mentem ſtatim conceperint, req; ipſa aliqui mores in melius mutarint. Tanti valet vera & inclyta virtus, vt etiam de longinquo, & procul poſita permoueat Animos, ſanctitatemque inſpiret. Quid mirùm.

In proprio Teſtim. ap. P. Fulig.

Abſens etiã pietatem mouet.

Libr. 4. cap. 1.

Habuit id etiam à pueritia Bellarminus, vt pietatem in ſodalibus ſuis excitaret, eoſq; in officio & virtute contineret.

Libr. 1. cap. 2.

Nec viuens ſolùm, ſed moriens pietatem infudit; infudit etiam mortuus, & Cęlo receptus; alijs namq; carnis rebelles motus compeſcuit, domuitq; quod alijs ingenijs adhibitis, ſiuè Sanctorum imploratione, ſiuè corporis afflictatione, conſequi haud potuere; alijs pacem, animiq; tranquillitatem impetrauit, alijs dolorem, vbereſq; pro Deo offenſo lacrymas elicuit.

Viuens, moriẽs, & mortuus pietatem excitat.

P. Iac. Fulig. in Vita Cardin. Bellarmi. Cap. 34.

Eluxit *fides* non tàm ea quę eſt *dogmatum*, quã ſtrenuiſſimè propugnauit, paratus eam ad ſanguinis vſq; effuſionem defendere; ſed ea fides quæ eſt *mater ſignorum*, quemadmodum ſcribit D. Chryſoſtomus hom. 24. ad Epheſ. Ipſe certè poſtulabat in fide *nihil hæſiſtans*, adeo vt dicere meritò potuerit,

Libr. 2. cap. 4.

Fiducia eius in Deum.

Libr. 6. Cap. 6.

tàm

Digitized by Google

tàm certus ſum, fore vt quæ petiero impetrem, propter crebra experimenta gratiarum, quibus me Deus cumulauit, vt dubitare iàm de euentu nequeam.

Lib. 6. cap. 7. *Prophetiæ* quòq; dono inſignis fuit, & admirandus. P. Don Celſo Amerigo Cęleſtinorum Generali Antiſtiti varia prædixit, quæ omnia ad amuſſim euenere; quod à ſæua & lethali ægritudine; dum ſiniſtra ei ominabâtur, eſſet euaſurus; quod ſuorum Cęleſtinorũ patronus poſt ſe, non Cardinalis quiſpiam minor, ſed magnus vtiq; eſſet futurus; & is fuit Mauritius Cardinalis à Sabaudia. Multiplex ei Prophetia.

Obitus plurium prædixit etiam, nec fefellit; in quibus numerantur tres Summi Pontifices *Sixtus V., Clemens VIII., Gregor. XV.* plures item Cardinales *Montaltus, Benedictus Iuſtinianus, Petrus Aldobrandinus, Henricus Caietanus*; & horum duorum repentinam mortem præſagiuit. *Lib. 2. cap. 9. & lib. 6. c. 7.* Obitus trium Sum. Pontif. & quorundã Cardin. Coelitus pręſenſit.

Ibidem lib. 6 c. 7. Alios ſanandos dixit, qui pro mortuis habiti; contrà verò perituros, qui euaſuri à Medicis putabantur. Hos inter fuit *Angelus* eius nepos Epiſcopus Theanenſis, de cuius ægritudine, cum nulla eſſet ſuſpicio eſſe in deterius abituram, mortiſq; metus omnis abeſſet, ipſe tamen ſcripſit Neapolim, vbi tùm æger decumbebat, vt ſe pararet ad mortem, diemq; vltimum & vitæ decretorium. Alia futura pręnunciat.

Ibidem A B. Franciſco Borgia miſſus Louanium, vt ibi tantum biennio moraretur, ſtatim ac eo peruenit, dixit ad Socios, per *Septennium* ibi ſe manſurum, nec aliter fuit.

Capuæ

Capuæ Archiepiſcopus renuntiatus, poſtquam eò peruenit, non tam verbo, quam ſcripto exarato, per triennium eo in munere ſe manſurum eſſe, nec amplius, dixit; & ità fuit. *Ibidem.*

De ſuggeſtu, coram frequenti Auditorio, multa prędicit.

Sed non priuatim modò oracula fudit, ſed *publicè* quoq; de ſuggeſtu coram confertiſſimo Auditorio multa prædixit; veluti cum Capuæ futurum Archiepiſcopum, ſucceſſurum ſibi ità delineauit, ac ſi coram eum habuiſſet; munera quoq; moreſq; eius ità explicuit, vt nō melius à vidente id fieri potuerit; ſeque ipſum non eſſe ampliùs ad eos rediturum, quia ità iuſſurus eſſet eligendus Pontifex, planiſſimè dixit. Et hęc vox omnibus lacrymas elicuit, clamores item excitauit, luctumq; publicum, eratq; omnium vox, *ne derelinquas nos, Paſtor bone, ne deſeras nos, nos orphanos: Sub te, quæ peccauimus, Pater, Filij emendabimus.* *Lib. 4. cap. 5.* *Loc. cit.*

Mortis ſuę prędicit Annū, menſē, & diem.

Deniq; vltimum ſuæ vitæ diem præſenſit ſæpe, & vaticinatus eſt, tùm Aulicis & conuictoribus ſuis, tùm *Hippolyto* Card. Eſtenſi; ſed Clarius *Ouidio de Amicis* Canonico Capuano, & alijs; quibus diſtinctè dixit *Annum, Menſem & diem*, in quibus eſſet obiturus; nec aliter euenit; nam Menſe Septembri, die Veneris, & die S. Franciſci vulneribus ſacro, vt optauerat, & prædixerat, in Domino obijt, & conquieuit. *Lib. 6. cap. 7.* *V. Teſt. Card. in prop. teſtim.*

Anno Dom. 1621.

Sæpeq; & ardenter imploratis dulciſſimis IESV & MARIAE nominibus, portum tenuit, in quo vigent Pax, Tranquillitas, omniumque bonorum

Ag-

Digitized by Google

Aggregatio perfecta, quæ eſt *Beatitas*.

Libr. 1. *cap.* 2. — Nat. die S Franc.

Congruè id factum videtur; quia perindè natus fuerat in die S. FRANCISCI, cui Sancto addictiſſimus ſemper fuit; vt videatur D. Franciſco ortum obitumq;, ſuaq; tempora, tanquam diuo Tutelari deſtinaſſe.

Libr. 7. *cap.* 4. — Conditus in S. Ignat. Sepulchro. *Libr.* 6. *cap.* 2. — Canonizationē S.Ignat. promouet.

Poſt obitum (quod hic obiter dico) conditus fuit in Sepulchro *S. Ignatij* Parentis ſui; & quidem meritiſſimè, tùm quia graphicè eius mores expreſſit, tùm quia ſtudio & cura præcipua eidem *S. Ignatio* cæleſtes honores procurauit; vt propterea migrans è Sepulchro ad Aram, videatur *S. Ignatius* in eius rei gratiam, ei tumulum reliquiſse; vnde pateat ei ad Aras perindè via.

Lib. 1. *cap.* 3. — Adhuc puer prophetat.

Hæc lux prophetandi iàm indè eluxit in Bellarmino puero; veluti cum in Templo exiſtens, matri ſuæ ſæpè dixit præſulem ſe futurum, & Cardinalem; indicanſq; ei ſacros Doctores, quorum è tholo imagines eminebāt, aiebat, *Domina, tamquam vnus eorum vtique, ego aliquando ero*.

Alia multa vel prædixit anteà, quæ poſtmodum euenere, vel occulta, & abdita ipſe reuelauit.

ROMA

§. XI.

Digitized by Google

§. XI.

ALIA HVIVS GENERIS DONA.

Viuens apparet Barij Vicario, multis milliaribus diſſito.

HVC pertinent alia digna ſcitu, & omnium admiratione; vt cum manens Romæ, & viuens ſpectandum ſe præbuit *Antonio Thomaſio Barij* Vicario Generali, à ſe ipſo tùm Romæ agente, pluribus milliaribus diſſito; coramque eo adſiſtens, admonuit ſui muneris rectiùs adimplendi, monuitque etiam de rebus alijs, quas poſtridiè executus fuit, indeq; ab oculis admirantis ſtatim euanuit.

Petra-ſanct. lib. 6. c. 6.

Piſcatoribus ingentem copiam piſcium ſuis precib' impetrat.

Capuæ quibuſdam piſcatoribus, qui ex lacuquem condixerant, nihil cæperant quam tres ſolum piſciculos, miſertus eorum, vt rurſum rete iacerent, edixit; captaq; eſt tam ingens piſcium multitudo, vt vno eo ductu comprehenderint pondo ducenta quinquaginta, mirantibus omnibus, ſicut ad mare Tiberiadis Apoſtoli *in Captura piſcium*.

V. Ibid.

Auxitque admirationem, quòd aura & tempus non fauerent; ipſeque interim antè eductnm rete piſces inuitaret, manu oſtenderet, & vt adeſſent piſces pro imperio iuberet.

Ficus iā aride, & exuſtæ, ad eius vota, & preces frondeſcunt ſtatim fructuſque mittūt.

Capuæ item ficus quædam, quæ præ igne, & flammis inaruerant, adeoque fructus omnes frondeſque amiſerant, ad eius vota præceſque frondeſcere ſtatim, & vireſcere viſæ ſunt, fructuſq; etiam eſui aptos producere.

v. Iacob. Fuligattum in vita Bellarmin. cap. 39.

§. XII.

§. XII.

TESTES SANCTITATIS.

Horum omnium Cardinalium teſtimonia reperiũtur per extenſũ apud P. Iac. Fuligat. in Vita Cardin. Bellarmin. Romæ typis datæ, ſecundæ æditionis. Vide lib. 6. Cap. 6.

VBique præbuit Card. Bellarminus ſigna eximiæ Sanctitatis; adeòque *Sanctus*, habitus fuit tùm viuens, tùm moriens, tùm etiam mortuus, quod mox oſtendam per ſequentes Paragraphos.

In primis hic afferam duodenos & amplius Cardinales, quorum ampliſſima Teſtimonia ſubiuncta ſunt ad calcem ipſius vitæ, quæ Typis data fuit Romæ, Anno Dom. 1644. Ab his aliqua carptim ego ſeligam.

Teſtim. Cardin. à Monte Decani.

Choragus horum ſit *Franciſcus Maria Card. à Monte* omniũ purpuratorũ tùm Decanus. Aiebat is Bellarminum Cardinalem tùm à ſe, tùm ab alijs vti *Sanctum* ſemper habitum fuiſſe; nomenque Sanctitatis à ſe vſurpari *ſtrictim*, & preſsè, non laxiori vtiq; & vulgari ſignificatione. Quin & ſponſor fuit, omnes quotquot Cardinales ſunt, in hanc eius ſententiam conceſſuros.

Cardin. Creſcẽtij.

Sed ſuppetunt hic eius ampliſſimi Ordinis clariſſimi teſtes.

Petrus Paulus *Card. Creſcentius* etiam iuratus teſtis, de Viri Dei Sanctitate teſtatur abundè; aitq; vti *Sanctum* ab omnibus habitum, & reueritum.

Cardin. Vbaldini & Bãdini.

Robertus Vbaldinus, *Octauius Bandinus Card.* adſimilem dicunt SS. Eccleſiæ Doctoribus, quà virtutis præſtantia, quà doctrinæ excellentia; ap-

pellantq; ideò Bellarminum *Speculum Sanctitatis, abſolutiſſimumq; exemplar Præſulum Eccleſiæ*.

Cardin. Cremonen. Cardinalis Cremonenſis *Fr. Deſiderius Scaglia* Clariſs. Prædicatorum Ordinis, comparabat eum alijs quibuſcunq; qui anteactis ſeculis ob Sanctitatis decus, & doctrinæ præſtantiam in Eccleſia floruerunt.

Cardin. Valerij. *Petrus Card. Valerius* vnum Bellarminum prætulit pluribus, quos ipſe nouerat, fama Sanctitatis conſpicuos; prætulit etiam ijſdem ſimul iunctis, & ſub vna comprehenſione acceptis. Affertq; ibi teſtimonium grauiſſimum *Auguſtini Cardin. Valerij* patrui ſui, in cuius quoq; ore laus ipſius fuit, & commendatio.

Cardin. alterius Valerij.

Cardin. Vrſini. *Alexander Card. Vrſinus* à morum innocentia, & doctrina commendandus, in Bellarmino etiam iuuene caſtitatem ſuſpexit, vt in Ioſepho, paupertatem inter diuitias, vt in Dauid Rege, liberalitatem in egeſtate, vt in Tobia, ſolitudinem interiorem in medio Aulæ occupationum, vt in Gregorio Magno, humilem opinionem de ſe ipſo, in tot alioqui virtutibus eius, vt in Paulo, deniq; liberam vocem ergà dominantes, vt in Ioanne Baptiſta. Idem Cardinalis Cor ſuum condi in Bellarmini ſepulchro voluit; vt ex mortuo quòq; ſumeret virtutem, & ſanctitatis fragrantiam, quemadmodum olim viuens à viuente cæperat. *V. Alegamb. in Bibliot. Soc. de Al. Vrſino.*

Aliorũ Cardin. His mirè conſonant Emin. Viri *Franciſcus Dietrichſtain, Franciſcus Rochefocaut, Fabritius Verallus,*

Digitized by Google

rallus, *Scipio Card. Sanctæ Suſannæ*, *Mauritius à Sabaudia* Ampliſs. S.R.E. Cardinales.

Cardin. Eſtenſ.

Hyppolitus Card. Eſtenſis, ex Sereniſs. Ducum Mutinenſium familia, eo in pretio habuit Virum DEI, vt ab eius præſentia, ad eum fermè adorandum ſe impelli ſentiret, quod ipſe his verbis teſtatur. *Cardinalem Bellarminum exiſtimaui ego exemplar rarum & eximium ſæculi noſtri: & quoties vultum eius intuebar, ſentiebam toties vrgeri me à præſentia illius; non vt cum obſequio, ſicut ad Cardinales reliquos, ſed vt cum adoratione, tamquam ad virum ſanctum accederem.* Nec alio deflexit *Iulius Sanſedonius*, vir inſigniter pius.

In propr. Teſtim. & libr. 6. Cap. 6.

Cardin. Maph. Barberini.

Præter iſtos, *Maphæus Card. Barberinus*, qui poſt *Vrbanus VIII. Pontifex* eſt appellatus, Bellarminum viuentem adhuc, eo in loco habuit & Veneratione, tanquam ſi vnus de Cælitibus fuiſſet. Ipſe quòq; meditabatur eius *Vitam* ſcribere, feciſſetq; niſi ſupremum Eccleſiæ regimen, operis molitioni impedimento fuiſſet.

Lib. 6. cap. 6.

Petr. Sãcta in epiſt. dedic. ad Vrban. VIII. et Iac. Fuligat. præf. ad lector.

Meditatur eius Vitam ſcribere.

Ad viros Sanctos pergo, & fama Sanctitatis illuſtres.

S Franc. Saleſij.

S. Franciſcus Saleſius, qui nuper obtinuit Canoniſmi honorem ab Alexandro VII. Summo Pontifice, & qui vbique agit Bellarmini encomiaſtem, mirè affectus fuit ergà ipſum, nec eum meliori titulo appellandum ſibi duxit, quàm *Innocentis columbæ*. Audiatur. *Hei columba innocens*, (Bellarminum alloquitur) *gemis in hoc ſeculo, ſed in Cælo & fora-*

C. Aug. Saleſius in Vita S. Franciſci, lib. 9.

foraminibus petræ, & cauerna maceriæ laboribus tuis finem dabis, & vocem tuam in auribus Cæleſtis ſponſi ſonare facies, vox enim tua dulcis, & Animæ tuæ facies perquam decora.

Franc. Gonzagæ Epiſ.

Franciſcus Gonzaga Epiſcopus Mantuanus, cuius mores & Sanctitas Romæ, ad Sanctitatis decus explorantur, Bellarminum *Sanctum Ieſuitarum* appellabat, eius litteras venerationis cauſa capiti ſuo ſuperponebat; deſtinaueratq; ei Aram faciendam, e regione alterius Aræ, quam Mantuæ fecerat *B. Aloyſio Gonzagæ* Gentili ſuo, & Bellarmini olim ſpirituali, & dulciſſimo filio. *Libr. 6. Cap. 6.*

P. Marcel. Fr. Maſtrill.

Ven. P. Marcellus Franciſcus Maſtrillus, qui nuper Sanguinem fudit in Iaponia; tanti eius Sanctitatem fecit, vt apud Indos, quos tùm petebat, eius mores, & Sanctitatem propagare ſtatuerit; quod ego *Genuæ* ab eius ore audiui, Anno Domini 1634. alioq; in opere typis dato teſtatus olim fui. *In Anaſtaſi Cortic Peruuiæ.*

Fred de Marſelaer.

Nolo de cunctis dicere: tantum hic non prætereribo quod nuperrimè ſcripſit *Fredericus de Marſelaer* Auratus Eques, & pluribus titulis nobilis, qui in aureolo libro, cuius inſcriptio eſt *legatio mentis in Deum* Bellarminum vocat *eximium doctrinæ & pietatis exemplum.* Ait inſuper eum tam benè ſcripſiſse, *vt Cæleſtis quiſpiam Genius ſepiam calamūque præbuiſſe, dextram direxiſſe videatur*. Sic ipſe. *Diſſ. 38. de SS. Ignat. & Xauerio.*

Vt abſoluam, videtur Deus ipſe eius Sanctitatem, & doctrinam approbaſſe, miſſis de Cælo diuinis fulgoribus; dùm ipſemet in concione compa-

rem

Digitized by Google

Lib. 6. Cap. 1. rem ſe fecit (Deo ſine dubio mouente linguã eius) *D. Gregorio Magno*, Eccleſiæ Doctori Sãctiſſimo; nam veluti ſubſcripſiſſet eius dictis Deus, viſa ſtatim fuit eius facies miris ſplendoribus colluceſcere, quæ Solis ad inſtar videntis oculos perſtrinxit. Nec aptiori ſigno comprobari debuit eius *Virginitas*, quam tunc teſtabatur, quæ eſt cum *claritate* coniuncta. Cap. 4.

Aliàs eius facies nitere, & cæleſtibus radijs perfundi viſa Louanij ab *Andrea Vviſſe* Equite Magnæ Britanniæ, Capuæ à *Ioan. Antonio Cangiano*, & *Philippo Carrerio* probatis Sacerdotibus. Lib. 6. Cap. 1.

§. XIII.

TESTES DOCTRINAE EIVS:

NON minùs doctrinæ Ven. Viri detulerunt Viri præſtantiſſimi, omniq; maiores exceptione, quàm ipſius eximiæ Sanctitati; & meritò quidem; nam ſi de *libris Controuerſiarum* agitur, quis quæsò in eis non miretur omnium ferè doctrinarum comprehenſionẽ, & infinitam propè lectionem quam continent, quis robur Argumentorum non ſuſpiciat, quibus heterodoxi vincuntur, planèque deficiunt? ſi de *Aſceticis*, pleni sũt eius libri Cęleſti ſapientia, ignéque & charitatem vbiq; ſpirant, quorum *tot faces, quot verba, tot ſcintillæ, quot ſyllabæ*, vt alicubi de *S. Ignatio Martyre* ipſe loquitur *Bellarminus*.

V. P. Bened. Pererii tom. 1. in Exod. Ep. dedicat ad Bellarminum Cardin.

Sed

Sed en teſtes huius rei locupletiſſimos, ſapientia, dignitate, ipſaque Sanctitate in Eccleſia Illuſtriſs.

Initium det Emin. Card. *Cæſar Baronius*, non minùs doctrinæ vbertate, quam morum Sanctitate Illuſtriſſimus. Hic graphicè comparabat Controuerſiarum libros *Turri Dauid*, ex qua mille clypei pendent, omniſque Armatura fortium, vt Ieruſalem noſtra aduerſus oppugnatio nes hoſtium defenſa ſit. *In Annal. Eccleſ. An. 83.*

Baronio conſentit *Perronius* perindè Card. Domitor ille maximus Hæreticorum in Gallijs, ſcriptiſq; libris longè clariſſimus. Aiebat is opus Controuerſiarum eius, *pluris à ſe æſtimari, quàm aliud quodcumq; in Eccleſia editum ab Annis mille.* *Libr. 2. Cap 6. & cap. 7.*

V. Teſt. Cardin. loc. cit. *Felix Cardinalis Centinus*, quem ſacer Minorum Ordo D. Franciſci dedit Eccleſiæ, Bellarminum dixit *Hæreticorum malleum, Sanctæ Eccleſiæ propugnaculum, Chriſtianæ Fidei columen, catholicæ veritatis aſſertorem, & vindicem.*

Hinc tot eius alia encomia prodierunt, à magnis vtiq; viris profecta; pluribus abſtineo. Sunt qui eum comparem faciunt DD. *Auguſtino, & Athanaſio*, alijſq; Sanctę Eccleſiæ Doctoribus, quod faciunt Cardinales Emin. *Vbaldinus, Verallus, Bandinus, Card. à Sabaudia*; & *Card. Cremonenſis* Illuſtriſſimi Ord. Prædicatorum, comparabat ipſum cum laudatiſſimis quibuſcumq; qui doctrinæ præſtantia, & ſanctimonię anteactis ſæculis in Eccleſia floruerunt.

Digitized by Google

Libr. 2. cap. 6. A *Cardinale de Sourdis* Gallo perindè dictus fuit *Malleus hæreticorum, & vertex Theologorum huius ſeculi.*

In diſcuſſ. cap. 3. lib. 1. *Nicolaus Coeffeteau Dominicanus*, Epiſcopus Maſſilienſis tom. 1. cõtr. Marcum Ant. de Domin. vocat eum *Florem, & robur, exercitus Domini*, & *In Auct. ad Ann. 1622.* Apamenſis Præſul Spondanus, eum fuiſſe ait *eruditione & virtutibus Chriſtianis etiam ſuprà famam ornatum.*

In Epiſt. Ded. ad Cardin. Gen. Inquiſ. *Proſper Farinaccius* celebris ſcriptor in iure, Bellarminum appellat *ſidus Eccleſiæ clariſſimum & hæreticorum formidoloſiſſimum fulmen, ſapientium Coriphæum &c. probatiſſimum, innocentiſſimum, integerrimum, cuius non modò ſcriptorum aculeis, ſed commemoratione ſolùm, ac ſanctimoniæ fama perculſi Chriſtianæ Religionis hoſtes ſæpè ſubſiſtunt admirabundi, ſæpè vincuntur, ſæpiſſimè reuocantur in caſtra, & reſipiſcunt.*

Libr. 2. cap. 6. *P. Petrus Cotonus* pientiſſimus Vir, & magni nominis Theologus, duorumque Regum Galliæ Confeſſarius Henrici IV. & Ludouici XIII. Regum inuictiſſimorum, aſſerebat perindè eſſe tueri ſcripta Bellarmini, ac cauſam Dei & Eccleſiæ; nec diſtingui in Gallia, & Anglia dici Bellarminiſtam, & Papiſtam, *quemadmodum antiquitùs pro eodem ponebatur Athanaſij confeſſio & fidei Catholicæ profeſſio.*

Tom. 1. in Encomio Sacræ Scrip. n. 38. *Cornelius à Lapide* æque doctus & pius, inſigniſq; diuinorum Bibliorum Interpres, idem opus con-

Controuerſiarum *impenetrabile* eſſe ſcripſit, *& incomparabile*; ſubditque poſteà hæc verba. *Nec à Chriſti temporibus, hucuſque ſimile in hoc genere vidit Eccleſia*.

Mitto alios, etiam Romanos Pontifices; certè Innoc. IX. ob egregiam nauatam operam in Controuerſijs pro Eccl. defenſione, ei purpuram deſtinauerat; dediſſetq; ni mors Pontificem præproperè abſtuliſſet; quod poſteà ſucceſſor eius egit Clem. VIII. cuius encomium de Bellarmini doctrina, mille alijs præferendum cenſeo; CLEMENS enim in ipſa Bellarminni inauguratione, hæc ipſiſſima verba protulit, quemadmodum teſtatur Card. Bandinus. *Hunc eligimus, quia non habet parem Eccleſia DEI quoad doctrinam, & quia eſt Nepos optimi ac Sanctiſs. Pontificis*.

Teſtatur Em. Cardin. Bandin. In Teſtim.

V. Libr. 3. cap. 1.

Produco rurſum in medium *S. Franciſcum Saleſium*, magnum vbique ipſius encomiaſtem, qui viciſſim à Bellarmino pares laudes Sanctitatis accepit: etenim tantus iſte Vir, *Magni viri* nomine Virum venerabilem decorauit; adeòq; *Magnus Doctor* ab eo dicitur, vt videre eſt in vita S. Franciſci, quam ſcripſit Carolus Auguſtus Saleſius eius Nepos. *Magnus* quoq; ab eo dicitur in quadam Epiſtola, quam idem Sanctus ſcribit ad Dom. *de Villars Archiepiſcopum Viennenſem*.

Libr. 9.

Part. pr. Epiſt. 5.

Præterea libros Controuerſiarum eius, & diuinà Biblia peræquè verſabat S. Franciſcus, vt in *Epiſt. cit.* videre licet; & his ſolis ſe concionatum fuiſſe ibidem quandòquè ſcribit.

Bel-

Digitized by Google

Bellarmini quoq; *doctrinam & Catecheſim* in tota ſua Diœceſi explicandam iuſſit S. Franciſcus, quod Epiſcopus Giarda teſtatur in eius Vita lib. 2. cap. 10.

Tract. de Diuino Amore, in præfatione. Ad hæc Bellarminum ait, & multa ſcripſiſſe, & ſapienter pro bono Eccleſiæ; & Aſceticos eius libros *admirabiles* eſſe ait; nec poſſe aliter fieri, inquit, cum prodierint *ab illis ſapientiſſimis manibus, & ab illa deuotiſſima Anima, quæ tam multa ſcripſit, & tàm Sapienter pro bono Eccleſiæ*; ſic de eius doctrina, & Sanctitate cenſuit S. Franciſcus.

Libr. 2. cap. 3. Nec minoris eum duxit S. Carolus Borromæus, qui Bellarminum adhuc iuuenem in Belgio cōcionantem, ad conciones Mediolani habendas poſtulauit.

Denique Societas Ieſu, eum vti Virum Sāctum, & de Eccleſia benemeritum ſemper habuit; adeo-

Libr. 6. cap. 6. que *Mutius Vitelleſcus* Præp. Gener. aiebat
Card. Bellarm. intrà limites æui ſui
neminem habuiſſe maiorem, aut
ſibi etiam parem;
Si omnes
iunctim eius dotes
comprehen-
dantur.

Capuæ Archiepiſcopus renuntiatus, poſtquam eò peruenit, non tam verbo, quam ſcripto exarato, per triennium eo in munere ſe manſurum eſſe, nec amplius, dixit; & ità fuit. *Ibidem.*

De ſuggeſtu, coram frequenti Auditorio, multa pr̨edicit.

Sed non priuatim modò oracula fudit, ſed *publicè* quoq; de ſuggeſtu coram confertiſſimo Auditorio multa prædixit; veluti cum Capuæ futurum Archiepiſcopum, ſucceſſurum ſibi ità delineauit, ac ſi coram eum habuiſſet; munera quoq; moreſq; eius ità explicuit, vt nō melius à vidente id fieri potuerit; ſeque ipſum non eſſe ampliùs ad eos redıturum, quia ità iuſſurus eſſet eligendus Pontifex, planiſſimè dixit. Et hęc vox omnibus lacrymas elicuit, clamores item excitauit, luctumq; publicum, eratq; omnium vox, *ne derelinquas nos, Paſtor bone, ne deſeras nos, nos orphanos: Sub te, quæ peccauimus, Pater, Filij emendabimus.* *Lib. 4. cap. 5.* *Loc. cit.*

Mortis ſuę pr̨edicit Annū, menſē, & diem.

Deniq; vltimum ſuæ vitæ diem præſenſit ſæpe, & vaticinatus eſt, tùm Aulicis & conuictoribus ſuis, tùm *Hippolyto* Card. Eſtenſi; ſed Clarius *Ouidio de Amicis* Canonico Capuano, & alijs; quibus diſtinctè dixit *Annum, Menſem & diem*, in quibus eſſet obiturus; nec aliter euenit; nam Menſe Septembri, die Veneris, & die S. Franciſci vulneribus ſacro, vt optauerat, & prædixerat, in Domino obijt, & conquieuit. *Lib. 6. cap. 7.* *V. Teſt. Card. in prop. teſtim.*

Anno Dom. 1621.

Sæpeq; & ardenter imploratis dulciſſimis IESV & MARIAE nominibus, portum tenuit, in quo vigent Pax, Tranquillitas, omniumque bonorum

Ag-

Digitized by Google

Aggregatio perfecta, quæ eſt *Beatitas*.

Libr. 1. cap. 2. Congruè id factum videtur; quia perindè natus fuerat in die S. FRANCISCI, cui Sancto addictiſſimus ſemper fuit; vt videatur D. Franciſco ortum obitumq; , ſuaq; tempora, tanquam diuo Tutelari deſtinaſſe. Nat. die S Franc.

Libr. 7. cap. 4. Poſt obitum (quod hic obiter dico) conditus fuit in Sepulchro *S. Ignatij* Parentis ſui;& quidem meritiſſimè, tùm quia graphicè eius mores expreſſit,tùm quia ſtudio & cura præcipua eidem *S. Ignatio* cæleſtes honores procurauit; vt propterea migrans è Sepulchro ad Aram, videatur *S. Ignatius* in eius rei gratiam, ei tumulum reliquiſse; vnde pateat ei ad Aras perindè via. Libr. 6. cap. 2. Conditus in S. Ignat. Sepulchro. Canonizationẽ S.Ignat. promouet.

Lib. 1. cap. 3. Hæc lux prophetandi iàm indè eluxit in Bellarmino puero; veluti cum in Templo exiſtens, matri ſuæ ſæpè dixit præſulem ſe futurum,& Cardinalem;indicanſq; ei ſacros Doctores,quorum è tholo imagines eminebãt,aiebat, *Domina,tamquam vnus eorum vtique, ego aliquando ero*. Adhuc puer prophetat.

Alia multa vel prædixit anteà, quæ poſtmodum euenere, vel occulta, & abdita ipſe reuelauit.

ROMA

§. XI.

Digitized by Google

§. XI.

ALIA HVIVS GENERIS DONA.

Viuens apparet Barij Vicario, multis milliaribus diſſito.

HVC pertinent alia digna ſcitu, & omnium admiratione; vt cum manens Romæ, & viuens ſpectandum ſe præbuit *Antonio Thomaſio Barij* Vicario Generali, à ſe ipſo tùm Romæ agente, pluribus milliaribus diſſito; coramque eo adſiſtens, admonuit ſui muneris rectiùs adimplendi, monuitque etiam de rebus alijs,quas poſtridiè executus fuit,indeq; ab oculis admirantis ſtatim euanuit. *Petraſanct. lib. 6. c. 5.*

Piſcatoribus ingentem copiam piſcium ſuis precib' impetrat.

Capuæ quibuſdam piſcatoribus, qui ex lacuquem condixerant, nihil cæperant quam tres ſolum piſciculos, miſertus eorum, vt rurſum rete iacerent, edixit; captaq; eſt tam ingens piſcium multitudo, vt vno eo ductu comprehenderint pondo ducenta quinquaginta, mirantibus omnibus, ſicut ad mare Tiberiadis Apoſtoli *in Captura piſcium*. *V. Ibid.*

Auxitque admirationem, quòd aura & tempus non fauerent; ipſeque interim antè eductnm rete piſces inuitaret, manu oſtenderet, & vt adeſſent piſces pro imperio iuberet.

Ficus iā aride, & exuſtæ, ad eius vota, & preces frondeſcunt ſtatim fructuſque mittūt.

Capuæ item ficus quædam, quæ præ igne, & flammis inaruerant, adeoque fructus omnes frondeſque amiſerant, ad eius vota præceſque frondeſcere ſtatim, & vireſcere viſæ ſunt, fructuſq; etiam eſui aptos producere. *v. Iacob. Fuligattum in vita Bellarmin. cap. 39.*

§. XII.

§. XII.

TESTES SANCTITATIS.

Horum omnium Cardinalium teſtimonia reperiũtur per extensũ apud P. Iac. Fuligat. in Vita Cardin. Bellarmin. Romæ typis data, ſecundæ æditionis. Vide libr. 6. Cap. 6.

VBique præbuit Card. Bellarminus ſigna eximiæ Sanctitatis; adeòque *Sanctus*, habitus fuit tùm viuens, tùm moriens, tùm etiam mortuus, quod mox oſtendam per ſequentes Paragraphos.

In primis hic afferam duodenos & amplius Cardinales, quorum ampliſſima Teſtimonia ſubiuncta ſunt ad calcem ipſius vitæ, quæ Typis data fuit Romæ, Anno Dom. 1644. Ab his aliqua carptim ego ſeligam.

Choragus horum ſit *Franciſcus Maria Card. à Monte* omniũ purpuratorũ tùm Decanus. Aiebat is Bellarminum Cardinalem tùm à ſe, tùm ab alijs vti *Sanctum* ſemper habitum fuiſſe; nomenque Sanctitatis à ſe vſurpari *ſtrictim*, & preſſè, non laxiori vtiq; & vulgari ſignificatione. Quin & ſponſor fuit, omnes quotquot Cardinales ſunt, in hanc eius ſententiam conceſſuros. Teſtim. Cardin. à Monte Decani.

Sed ſuppetunt hic eius ampliſſimi Ordinis clariſſimi teſtes. Cardin. Creſcẽtij.

Petrus Paulus *Card. Creſcentius* etiam iuratus teſtis, de Viri Dei Sanctitate teſtatur abundè; aitq; vti *Sanctum* ab omnibus habitum, & reueritum.

Robertus Vbaldinus, Octauius Bandinus Card. adſimilem dicunt SS. Eccleſiæ Doctoribus, quà virtutis præſtantia, quà doctrinæ excellentia; ap- Cardin. Vbaldini & Bãdini.

 pellan-

pellantq; ideò Bellarminum *Speculum Sanctitatis, abſolutiſſimumq; exemplar Præſulum Eccleſiæ.*

Cardin. Cremonen. Cardinalis Cremonenſis *Fr. Deſiderius Scaglia* Clariſs. Prædicatorum Ordinis, comparabat eum alijs quibuſcunq; qui anteactis ſeculis ob Sanctitatis decus, & doctrinæ præſtantiam in Eccleſia floruerunt.

Cardin. Valerij. *Petrus Card. Valerius* vnum Bellarminum prætulit pluribus, quos ipſe nouerat, fama Sanctitatis conſpicuos; prætulit etiam ijſdem ſimul iunctis, & ſub vna comprehenſione acceptis. Affertq; ibi teſtimonium grauiſſimum *Auguſtini Cardin. Valerij* patrui ſui, in cuius quoq; ore laus ipſius fuit, & commendatio. Cardin. alterius Valerij.

Cardin. Vrſini. *Alexander Card. Vrſinus* à morum innocentia, & doctrina commendandus, in Bellarmino etiam iuuene caſtitatem ſuſpexit, vt in Ioſepho, paupertatem inter diuitias, vt in Dauid Rege, liberalitatem in egeſtate, vt in Tobia, ſolitudinem interiorem in medio Aulæ occupationum, vt in Gregorio Magno, humilem opinionem de ſe ipſo, in tot alioqui virtutibus eius, vt in Paulo, deniq; liberam vocem ergà dominantes, vt in Ioanne Baptiſta. Idem Cardinalis Cor ſuum condi in Bellarmini ſepulchro voluit; vt ex mortuo quòq; ſumeret virtutem, & ſanctitatis fragrantiam, quemadmodum olim viuens à viuente cæperat. *V. Alegamb. in Bibliot. Soc. de Al. Vrſino.*

Aliorũ Cardin. His mirè conſonant Emin. Viri *Franciſcus Dietrichſtain, Franciſcus Rochefocaut, Fabritius Verallus,*

Digitized by Google

rallus, *Scipio Card. Sanctæ Suſannæ*, *Mauritius à Sabaudia* Ampliſs. S.R.E. Cardinales.

Hyppolitus Card. Eſtenſis, ex Sereniſs. Ducum Mutinenſium familia, eo in pretio habuit Virum DEI, vt ab eius præſentia, ad eum fermè adorandum ſe impelli ſentiret, quod ipſe his verbis teſtatur. *Cardinalem Bellarminum exiſtimaui ego exemplar rarum & eximium ſæculi noſtri: & quoties vultum eius intuebar, ſentiebam toties vrgeri me à præſentia illius; non vt cum obſequio, ſicut ad Cardinales reliquos, ſed vt cum adoratione, tamquam ad virum ſanctum accederem.* Nec alio deflexit *Iulius Sanſedonius*, vir inſigniter pius.

Cardin. Eſtenſ.

In propr. Teſtim. & libr. 6. Cap. 6.

Præter iſtos, *Maphæus Card. Barberinus*, qui poſt *Vrbanus VIII. Pontifex* eſt appellatus, Bellarminum viuentem adhuc, eo in loco habuit & Veneratione, tanquam ſi vnus de Cælitibus fuiſſet. Ipſe quòq; meditabatur eius *Vitam* ſcribere, feciſſetq; niſi ſupremum Eccleſiæ regimen, operis molitioni impedimento fuiſſet.

Cardin. Maph. Barberini.

Lib. 6. cap. 6.

Petr. Sãcta in epiſt. dedic. ad Vrban. VIII. et Io. Fuligat. præf. ad lector.

Meditatur eius Vitam ſcribere.

Ad viros Sanctos pergo, & fama Sanctitatis illuſtres.

S. Franciſcus Saleſius, qui nuper obtinuit Canoniſmi honorem ab Alexandro VII. Summo Pontifice, & qui vbique agit Bellarmini encomiaſtem, mirè affectus fuit ergà ipſum, nec eum meliori titulo appellandum ſibi duxit, quàm *Innocentis columbæ*. Audiatur. *Hei columba innocens*, (Bellarminum alloquitur) *gemis in hoc ſeculo, ſed in Cælo &*

S Franc. Saleſij.

C. Aug. Saleſius in Vita S. Franciſci, lib. 9.

 fora-

foraminibus petræ, & cauerna maceriæ laboribus tuis finem dabis, & vocem tuam in auribus Cæleſtis ſponſi ſonare facies, vox enim tua dulcis, & Animæ tuæ facies perquam decora.

Franc. Gonzagæ Epiſc. *Franciſcus Gonzaga* Epiſcopus Mantuanus, cuius mores & Sanctitas Romæ, ad Sanctitatis decus explorantur, Bellarminum *Sanctum Ieſuitarum* appellabat, eius litteras venerationis cauſa capiti ſuo ſuperponebat; deſtinaueratq; ei Aram faciendam, e regione alterius Aræ, quam Mantuæ fecerat *B. Aloyſio Gonzagæ* Gentili ſuo, & Bellarmini olim ſpirituali, & dulciſſimo filio. *Libr. 6. Cap. 6.*

P. Marcel. Fr. Maſtrill. *Ven. P. Marcellus Franciſcus Maſtrillus*, qui nuper Sanguinem fudit in Iaponia; tanti eius Sanctitatem fecit, vt apud Indos, quos tùm petebat, eius mores, & Sanctitatem propagare ſtatuerit; quod ego *Genuæ* ab eius ore audiui, Anno Domini 1634. alioq; in opere typis dato teſtatus olim fui. *In Anaſtaſi Cortic Peruſiæ.*

Fred de Marſelaer. Nolo de cunctis dicere: tantum hic non prætereo quod nuperrimè ſcripſit *Fredericus de Marſelaer* Auratus Eques, & pluribus titulis nobilis, qui in aureolo libro, cuius inſcriptio eſt *legatio mentis in Deum* Bellarminum vocat *eximium doctrinæ & pietatis exemplum.* Ait inſuper eum tam benè ſcripſiſse, *vt Cæleſtis quiſpiam Genius ſepiam calamũque præbuiſſe, dextram direxiſſe videatur.* Sic ipſe. *Diſſ. 38. de SS. Ignat. & Xauerio.*

Vt abſoluam, videtur Deus ipſe eius Sanctitatem, & doctrinam approbaſſe, miſſis de Cælo diuinis fulgoribus; dùm ipſemet in concione compa-

rem

Libr. 6. Cap. 1. rem ſe fecit (Deo ſine dubio mouente linguã eius) *D. Gregorio Magno*, Eccleſiæ Doctori Sãctiſſimo; nam veluti ſubſcripſiſſet eius dictis Deus, viſa ſtatim fuit eius facies miris ſplendoribus colluceſcere, quæ Solis ad inſtar videntis oculos perſtrinxit: Nec aptiori ſigno comprobari debuit eius *Virginitas*, quam tunc teſtabatur, quæ eſt cum *claritate* coniuncta. Cap. 4.

Aliàs eius facies nitere, & cæleſtibus radijs perfundi viſa Louanij ab *Andrea Vuiſſe* Equite Magnæ Britanniæ, Capuæ à *Ioan. Antonio Cangiano*, & *Philippo Carrerio* probatis Sacerdotibus. Libr. 6. Cap. 1.

§. XIII.

TESTES DOCTRINAE EIVS:

NON minùs doctrinæ Ven. Viri detulerunt Viri præſtantiſſimi, omniq; maiores exceptione, quàm ipſius eximiæ Sanctitati; & meritò quidem; nam ſi de *libris Controuerſiarum* agitur, quis quæsò in eis non miretur omnium ferè doctrinarum comprehenſionẽ, & infinitam propè lectionem quam continent, quis robur Argumentorum non ſuſpiciat, quibus heterodoxi vincuntur, planèque deficiunt? ſi de *Aſceticis*, pleni sũt eius libri Cęleſti ſapientia, ignéque & charitatem vbiq; ſpirant, quorum *tot faces*, *quot verba*, *tot ſcintillæ*, *quot ſyllabæ*, vt alicubi de *S. Ignatio Martyre* ipſe loquitur *Bellarminus*. V. P. Bened. Pereriũ tom. 1. in Exod. Ep. dedicat. ad Bellarminum Cardin.

Sed

Sed en teſtes huius rei locupletiſſimos, ſapientia, dignitate, ipſaque Sanctitate in Eccleſia Illuſtriſſ.

Initium det Emin. Card. *Cæſar Baronius*, non minùs doctrinæ vbertate, quam morum Sanctitate Illuſtriſſimus. Hic graphicè comparabat Controuerſiarum libros *Turri Dauid*, ex qua mille clypei pendent, omniſque Armatura fortium, vt Ieruſalem noſtra aduerſus oppugnatio nes hoſtium defenſa ſit. *In Annal. Eccleſ. An. 83.*

Baronio conſentit *Perronius* perindè Card. Domitor ille maximus Hæreticorum in Gallijs, ſcriptiſq; libris longè clariſſimus. Aiebat is opus Controuerſiarum eius, *pluris à ſe æſtimari, quàm aliud quodcumq; in Eccleſia editum ab Annis mille.* *Libr. 2. Cap 6. & cap. 7.*

V. Teſt. Cardin. loc. cit. *Felix Cardinalis Centinus*, quem ſacer Minorum Ordo D. Franciſci dedit Eccleſiæ, Bellarminum dixit *Hæreticorum malleum, Sanctæ Eccleſiæ propugnaculum, Chriſtianæ Fidei columen, catholicæ veritatis aſſertorem, & vindicem.*

Hinc tot eius alia encomia prodierunt, à magnis vtiq; viris profecta; pluribus abſtineo. Sunt qui eum comparem faciunt DD. *Auguſtino, & Athanaſio*, alijſq; Sanctę Eccleſiæ Doctoribus, quod faciunt Cardinales Emin. *Vbaldinus, Verallus, Bandinus, Card. à Sabaudia*; & *Card. Cremonenſis* Illuſtriſſimi Ord. Prædicatorum, comparabat ipſum cum laudatiſſimis quibuſcumq; qui doctrinæ præſtantia, & ſanctimonię anteactis ſæcul.. n Eccleſia floruerunt.

Lib. 2. cap. 6. A *Cardinale de Sourdis* Gallo perindè dictus fuit *Malleus hæreticorum*, & *vertex Theologorum huius ſeculi*.

In diſcuſſ. cap. 3. lib. 1. *Nicolaus Coeffeteau Dominicanus*, Epiſcopus Maſſilienſis tom. 1. cõtr. Marcum Ant. de Domin. vocat eum *Florem*, & *robur, exercitus Domini*, & Apamenſis Præſul Spondanus, eum fuiſſe ait *eruditione & virtutibus Chriſtianis etiam ſuprà famam ornatum*.

In Auct. ad Ann. 1622.

In Epiſt. Ded. ad Cardin. Gen. Inquiſ. *Proſper Farinaccius* celebris ſcriptor in iure, Bellarminum appellat *ſidus Eccleſiæ clariſſimum & hæreticorum formidoloſiſſimum fulmen, ſapientium Coriphæum &c. probatiſſimum, innocentiſſimum, integerrimum, cuius non modò ſcriptorum aculeis, ſed commemoratione ſolùm, ac ſanctimoniæ fama perculſi Chriſtianæ Religionis hoſtes ſæpè ſubſiſtunt admirabundi, ſæpè vincuntur, ſæpiſſimè reuocantur in caſtra, & reſipiſcunt*.

Lib. 2. cap. 6. *P. Petrus Cotonus* pientiſſimus Vir, & magni nominis Theologus, duorumque Regum Galliæ Confeſſarius Henrici IV. & Ludouici XIII. Regum inuictiſſimorum, aſſerebat perindè eſſe tueri ſcripta Bellarmini, ac cauſam Dei & Eccleſiæ; nec diſtingui in Gallia, & Anglia dici Bellarminiſtam, & Papiſtam, *quemadmodum antiquitùs pro eodem ponebatur Athanaſij confeſſio & fidei Catholicæ profeſſio*.

Tom. 1. in Encomio Sacræ Scrip. n. 38. *Cornelius à Lapide* æque doctus & pius, inſigniſq; diuinorum Bibliorum Interpres, idem opus con-

Controuerſiarum *impenetrabile* eſſe ſcripſit, *& incomparabile*; ſubditque poſteà hæc verba. *Nec à Chriſti temporibus, hucuſque ſimile in hoc genere vidit Eccleſia.*

Mitto alios, etiam Romanos Pontifices; certè Innoc. IX. ob egregiam nauatam operam in Controuerſijs pro Eccl. defenſione, ei purpuram deſtinauerat; dediſſetq; ni mors Pontificem præproperè abſtuliſſet; quod poſteà ſucceſſor eius egit Clem. VIII. cuius encomium de Bellarmini doctrina, mille alijs præferendum cenſeo; CLEMENS enim in ipſa Bellarminni inauguratione, hæc ipſiſſima verba protulit, quemadmodum teſtatur Card. Bandinus. *Hunc eligimus, quia non habet parem Eccleſia DEI quoad doctrinam, & quia eſt Nepos optimi ac Sanctiſs. Pontificis.*

Teſtatur Em. Cardin. Bandin. In Teſtim.

V. Libr. 3. cap. 1.

Produco rurſum in medium *S. Franciſcum Saleſium*, magnum vbique ipſius encomiaſtem, qui viciſſim à Bellarmino pares laudes Sanctitatis accepit: etenim tantus iſte Vir, *Magni viri* nomine Virum venerabilem decorauit; adeòq; *Magnus Doctor* ab eo dicitur, vt videre eſt in vita S. Franciſci, quam ſcripſit Carolus Auguſtus Saleſius eius Nepos. *Magnus* quoq; ab eo dicitur in quadam Epiſtola, quam idem Sanctus ſcribit ad Dom. *de Villars Archiepiſcopum Viennenſem.*

Libr. 9.

Part. pr. Epiſt. 5.

Præterea libros Controuerſiarum eius, & diuina Biblia peræquè verſabat S. Franciſcus, vt in *Epiſt. cit.* videre licet; & his ſolis ſe concionatum fuiſſe ibidem quandòquè ſcribit.

Bel-

Digitized by Google

Bellarmini quoq; *doctrinam & Catecheſim* in tota ſua Diœceſi explicandam iuſſit S. Franciſcus, quod Epiſcopus Giarda teſtatur in eius Vita lib. 2. cap. 10.

Tract. de Diuino Amore, in præfatione. Ad hæc Bellarminum ait, & multa ſcripſiſſe, & ſapienter pro bono Eccleſiæ; & Aſceticos eius libros *admirabiles* eſſe ait; nec poſſe aliter fieri, inquit, cum prodierint *ab illis ſapientiſſimis manibus, & ab illa deuotiſſima Anima, quæ tam multa ſcripſit, & tàm Sapienter pro bono Eccleſiæ*; ſic de eius doctrina, & Sanctitate cenſuit S. Franciſcus.

Libr. 2. cap. 3. Nec minoris eum duxit S. Carolus Borromæus, qui Bellarminum adhuc iuuenem in Belgio cōcionantem, ad conciones Mediolani habendas poſtulauit.

Denique Societas Ieſu, eum vti Virum Sāctum, & de Eccleſia benemeritum ſemper habuit; adeoque *Mutius Vitelleſcus* Præp. Gener. aiebat *Libr. 6. cap. 5.*
Card. Bellarm. intrà limites æui ſui
neminem habuiſſe maiorem, aut
ſibi etiam parem;
Si omnes
iunctim eius dotes
comprehen-
dantur.

§. XIV.

LAICORVM PRINCIPVM IVDICIA.

NON minùs deferunt eius Sanctitati, & doctrinæ Principes Laici, conueniuntq; cum Eccleſiæ Proceribus, nec impediunt Muſicam. Sed quàm clari, & illuſtres hi? Enimuerò cẽſentur in his tres Imperatores Domo Auſtriaci *Rudolphus*, *Matthias*, & *Ferdinandus pius*; tres ſummi Reges *Henricus IV.* Rex Galliarum, *Philippus III.* Rex Hiſpaniarum, *Sigiſmundus* Rex Poloniæ. Sunt item tres ſummi Duces *Carolus Emanuel* Dux Sabaudiæ, *Gulielmus*, & *Maximilianus* Duces Bauariæ; qui omnes doctrinæ, & Sanctitati Ven. Viri eximiè plaudunt, de quibus videndus Silueſter Petraſancta. *Libr. 6. cap. 6. & lib. 7. cap. 4.* Mitto alios.

§. XV.

FRVCTVS DOCTRINAE EIVS.

BEllarmini Sapientia nõ tam magna fuit, quam frugifera; Conſtat enim librorum eius lectione plurimos hæreticorum in bonã ſemitam reuocatos fuiſſe; quorum amiſſionem vt ægrè anteà tulit Eccleſia, ità eoſdẽ ſibi reſtitutos ſummoperè gaudet. Sanè hornm multos ſapientiæ, eiuſq; laboribus debet Eccleſia.

Cardi-

V. Teſtimonia ſæpè cit. Cardin. in Vita P. Fulig. *Cardinalis Dietrichſtain* vnus ex Proceribus Germaniæ, huius rei fidem facit ampliſſimam, aitque *plures hæreticos librorum eius lectione conuerſos fuiſſe*. Ait etiam, quod ſi libri ipſius in vnum colligerentur, *ipſam* Vaticanam *Bibliothecam implerent*.

Huius rei teſtes ſunt alij Emin. & præcipui Cardinales.

Cardinalis Bandinus, qui Nuntium egit in Gallijs, aiebat Controuerſias eius editas fuiſſe *incredibili beneficio S. Eccleſiæ, & hæreticorum confuſione*.

Card. Scaglia præclari Ordinis Prædicatorum, ipſum ait à Deo fuiſſe electum vt idoneum inſtrumentum ad conuincendos Hæreticos, inſtruendos Catholicos, & conſolandum eos, qui ambulant in via Domini.

Card. Vbaldinus eum perinde habuit veluti *Athanaſium, & Auguſtinum* diuos præclatiſſimos, ſelectumq; à Deo, & miſsũ ad hæreſes profligandas; neminemq; ait eo melius fidem Catholicã noſtris temporibus propugnaſſe.

Card. Verallus non diſſimilia de ipſo ſcribit.

Card. Cobellutius gratias Deo agit, quòd eum vti *micantiſſimum lumen*, Romanæ Eccleſiæ dederit.

Card. à Sabaudia non diſſentit ab his, aitq; in ipſo expreſſam ad viuum fuiſſe imaginem priſcorum Sanctorum Doctorum.

P. Fulig. Vitæ Bellarm. cap. 10. *Dominus Albergatus*, qui Coloniç Apoſtolicam

 lega-

legationem per decennium, & ampliùs egerat, teſtis eſt, plurimos hæreticorum, etiam de ipſis quoque Miniſtris, & prædicantibus, ſub ſe ſuiſq; delegatis, abiurata falſa, & hetherodoxa Religione, ad veram fidem, quam Romana Eccleſia profitetur, redijſſe, non alio monitore, quàm Bellarmini libris, & Controuerſijs.

Andreas Vviſſe ex publica fama refert, Hæreticos è Batauorum finibus & ex Britannia ad audiẽdum concionantem Bellarminum Louanij, ſolitos confluere, ex quibus multi conceptum virus reuomuerunt.

Alij hæretici, quanquam manus non dederint, vt eſt hæreſis ſuopte ingenio pertinax, & refractaria, Bellarminum tamen vt Victorem maximum, pugilemq; eximium confitentur; adeoque *Theodorus Beza* Hæreſum Gebennæ inuentor, & magiſter, viſo Controuerſiarum eius primo Tomo, dixiſſe fertur, *Vnus hic liber nos omnes humi proſternit.* Quodnam luculentius teſtimonium præualidi enſis, quam gemitus confoſſi hoſtis? Nec multùm abeunt ab iſta Bezę ſententia *Vvitackerus in* Anglia, *Franciſcus Iunius* in Gallia, alijque hęreſum magiſtri, & Coriphęi; quin & omne ſtudium, operamq; in eo confutando poſuere, quod Cantabrigię fecit Vvitackerus, celebris eorum Archiſynagogus, & Oxonij alij, pręcipuis in Anglia Academijs; Sed irrito ſemper conatu tùm hi, tùm alij egerunt; nam opere illo debilitati, nihil poſteà quidquam value-

Libr. 2. cap. 6.

Libr. 2. cap. 6.

Digitized by Google

valuerunt, & tantùm dùm minimè conquieſcunt; more anguium capite obtrito, ſpiris, & cauda inutiliter minantur.

V. ſupra P. Fuligat. cap. 10. Denique quo dcitat us ſupra in Germania Nuntius, à primoribus hæreticorum audiſſe ſe refert, non eſt hic omittendum. Aiebant ipſi, non tot futuros fuiſſe Lutheranos & Caluiniſtas, ſi anteactis temporibus, plures fuiſſent Bellarmini. Vt certè de eo dici poſſit quod olim de D. Auguſtino dictum legitur. *Auguſtinus vir adamantinus, in quo omnes aduerſariorum dentes franguntur.* Apud Facund. Hermian. lib. 9. pro trib. Capit.

De fructu quoq; ipſius doctrinæ, teſtem habemus locupletiſſimum *S. Franciſcum Saleſium*, qui ſæpe cum hæreticis manus conſeruit, eoſq; etiam conuicit, ait enim Bellarminum *& multa ſcripſiſſe, & ſapienter pro bono Eccleſiæ.* Mitto alia. Tract. de Amore Dei in præf.

§. XVI.

REVERENTIA ERGA IPSVM, EIVSQVE LIPSANA.

Honos viuenti habitus.

Habitus pro Sancto ſemper fuit. MEruit Card. Bellarminus Sanctitatis honorem; adeoque habitus Sanctus fuit à pueritia vſq; creuitq; fama eius Sanctitatis per omnes ætates, creuit & meritum ampliſſimum; teſtantur id plerique omnes, teſtantur quoq; ampliſſimi Cardinales.

Audiantur. Card.

Ità Cardin. à Monte.

Card. à Monte. *Habitus* inquit *pro Sancto fuit, totaq; Romana Ciuitas à primo vſq; ad vltimum vti Sanctum eum cenſuit.*

Confirmat Cardin. Creſc.

Card. Creſcentius. *Viuens Sanctus habitus ſemper fuit; & ego vti Sanctum eum reueritus ſemper fui.*

Et Card. Vbaldinus.

Card. Vbaldinus. *Viuẽtem & mortuũ tàm Aula, quam Romanus Populus vti Sanctum eum habuit.*

Et Card. Valeri⁹, & à Sabaudia.

Eximiam eius Sãctitatem perindè celebrant alij Cardinales, inter quos *Valerius Cardinalis*, & *Cardinalis à Sabaudia*. Hic prætereà ait ſumma ſe ergà ipſum propenſione affectum, vel vt ipſe ait *ergà eius Sanctam & Benedictam Animam*.

Hippol. Cardin. Eſtenſ.

Jul Sanſedonius Epiſc.

Hippolytus Card. Eſtenſis, de quo alibi, ea veneratione proſecutus eſt Virum DEI, vt quoties eum adiret, (adibat autem frequenter) toties ſe ad eum fermè adorandum incitaretur; pari ſenſu ferebatur in eum *Iul. Epiſcopus Sanſedonius*, quotieſq; eum adhibat, toties ſe componebat ad Sanctimoniam, parabat in via obſequia, geſtus voceſq; diſponebat, non aliter quàm ſi cum Cælite quopiam eſſet locuturus.

Honos morienti habitus.

Res eius appetũtur vt Reliquię nedum à vulgo, ſed Preſulib. & Cardin.

HIC idem honos fuit habitus ægrotanti, & morienti Bellarmino; enim verò res omnes quas habuit vtendas, lipſanorum loco ſtatim habitæ fuere, non modò à vulgi hominibus, ſed etiam *Libr. 7. cap. 3.*

à Car-

à Cardinalibus & Principibus Viris. Hinc Roſaria, pileoli, atque huius generis alia vel diſtributa omnia, vel deſtinata varjis; etiam minimæ eius reculæ expetitæ & ſurreptæ fuere, tàm auidè, quam non aurum & gemmas poſſent; Cardinales ipſi & Præſules magni pro ſe talia flagitabant, non modò qui Romæ erant, ſed etiam qui aberant, inter quos *Odoardus Card. Farneſius*.

Mittuntur aliæ, cum deficiant propriæ.

At quia poſcentium votis, rebus ſuis ſatisfieri non potuit; oportuit aliundè alias mitti, vt ab eius contactu Sanctitatem & meritum referrent: miſſi ideò noui pileoli, cruces argenteæ, Roſaria, veſtes ljneæ, & ea quidem copia, vt ſoli pileoli numerum expleuerint 150.

Sanguis eius aſſeruatur venerat. cauſa.

Sanguis ipſe, quem pro febris remiſſione proLoc. cit. lici ab eius venis iuſſerant medici, vel in phialis collectus fuit, vel linteolis exceptus in venerationem, & per menſes plures ſeruatus fuit in phiala liquidus, non concretus.

P. Iac. Fulig. in Vit. Bell. cap. 41.

Lectulū morientis contingunt, ...u-

Adibant eum multi cuiuſcumq; ordinis, non tàm viſendi cauſa, quàm venerandi; ideoq; poſitis genibus lectulum eius contingebant, oſculabantur, & ut ſibi benè precaretur flagitabant. Aliqui Cardinales, ſe ab eo benedici omni contentione petiere, quod in primis teſtantur Emin. Cardinales *à Monte* & *Valerius*.

Libr. 7. cap. 2.

Loc. cit.

In prop. Teſtim.

Culmen honoribus eius dabit Gregorus XV. Summ. Pontifex, qui Bellarm. adijt ægrotantem, eius Sanctimoniam palam commendauit, non tàm

ver-

Digitized by Google

verbis,quàm lacrymis,veluti deplorans detrimentum quod patiebatur Chriſtiana Reſpublica.

Honos habitus mortuo.

Funus eius frequentiſſimum.

Sanctus acclamatur.

Agunt de eo, tâquam ſi poſtridie inter Sanctos eſſet referêdus.

NEC ei mortuo defuit honos, & reuerentia; creuit imò potius honos iſte,creuit inquam tùm Romani Populi ampliſſimo concurſu,ad eius funus confluentis, qualis vix anteà viſus, tùm mira omnium acclamatione SANCTVM eum appellantium; vt meritò dici poſſit quod olim de funere D. Ambroſij ſcriptum legimus, *erat exequiarum turba innumerabilis,totius dignitatis, totius ſexus, omnium penè ætatum*; qui omnes ſubindè de eo vti de *Sancto* conſonis linguis loquebantur; & ea quidem admurmuratione, tanquam ſi die poſtero inter Sanctos eſſet referendus, quod inter alios teſtatur teſtis omni maior exceptione Eminent. *Card. à Monte*: quę ſententia non tàm vulgi promiſcui fuit, quàm etiam aliquorum Cardinalium, quibus ſpes fuit & perſuaſio, vt breui Card. Bellarminus inter Sanctos referretur, *binis tantùm miraculis* fidem Sanctitatis eius confirmantibus, tàm erat exploratæ apud omnes Sanctitatis; manſitq; tùm, manetq; adhuc in mentibus hominum hæc de ipſius Sanctitate ſententia.

Libr. 7. cap. 4.

Loc. cit.

Card. à Monte in propr. Teſt.

Interim hi manus & pedes certatim exoſculari, alij roſaria, quæ vocantur applicare corpori, ingenti adeò numero, vt ſola roſaria eius corpori admo-

Digitized by Google

Pat. Sāſta libr. 7. cap. 4. Idem in Thaum. tom. 2. cap. 23.

ta *viginti millium* numerum impleuiſſe dicantur. Eius Corpori mul*t*a millia Roſario rum admouentur.

Reliquiæ deniq; mortui Bellarmini, Cæloq; recepti à pluribus expetitæ fuerunt, ſupra quam credi poteſt. Satis ſit dicere in præſentia, Cardinales ferè omnes, ac Pręſules magnos, partemq; numeroſiorem Principum tùm Italorum, tùm Tranſalpinorum poſtulauiſſe Viri Dei res aliquas, quæ ab eius contactu venerationem meruerint.

Vide libr. 7. cap. 4.

Reliquiæ mortui expetũtur à Cardin. à Præſulibus, & à Principib ferè omnib tum Italis, tũ Tranſalpinis.

Inter alios *Regina* Chriſtianiſſimi Regis Galliarum *Maria Medicea*, eius Reliquias auidè expetitas, & à Mutio Vitelleſco Generali Præpoſito Soc. IESV habitas, *Regiæ Aulæ ſuæ* oſtendit eaſq; venerandas propoſuit. *Denique innumeri ſunt*, qui detractum fruſtulum togæ, aut aliarum veſtiũ eius, idque ſummis precibus expreſſum, ſuſpenſum antè pectus gerunt, nec tractant vnquam niſi venerabundi.

Loc. cit.

Regina Galliarũ Maria Medicea Bell. Reliquias Aulæ ſuę oſtẽdit, & venerandas proponit.

Confirmatio dictorum.

Hęc omnia excerpta ex Teſtimonÿs Cardin. v I. Fuligattum in vita Cardin. Bellarm ſecundæ editionis.

QVæ hucuſq; dixi confirmant præclara quorundam Cardinalium teſtimonia.

Card. à Monte. *In eius* inquit *exequÿs agebatur de eo tanquam ſi poſtridie inter Sanctos eſſet referendus.*

Card. Bandinus. *Honor* ait *exequiarum eius fuit nobilis triumphus, qui meritò debitus fuit eius ſummæ humilitati. Et ego ſolitus ſum dicere, vno duntaxat ab eo perpetrato miraculo, quemlibet Romanũ*

Vide ſingulos eorũ in proprÿs Teſtim. apud P. Fuligattum ſæpè citatum.

Digitized by Google

Pontificem permoueri poſſe ad eius Canonizationem peragendam.

De eius Reliquijs tàm auidè expetitis, & ſummo ſtudio conquiſitis, teſtantur Emin. Cardinales *à Monte, Creſcentius*, & *Valerius*.

De Cæleſti eius gloria perindè agunt alij Eminentiſſimi Cardinales; conceptamq; *eius in Cælo Gloriam* ità explicant.

Card. Valerius ait *certò credi poſſe Animam eius ſtatim in Cælum euolaſſe; & quòd ibi oraturus ſit pro illis, qui obſequium præſtitere eius Sancto & glorioſo nomini.*

Card. Cobellutius cognomento S. Suſannæ, gratias Deo agit, quod *Romanæ Eccleſiæ micantiſſimum lumen accenderit, nobiſq;* ait, *largitus ſit Animam, quam credimus Beatam in Cælo, & de Magnis illius Regni incolis.*

Card. Alex. Vrſinus *ſemper illum*, ait, *exiſtimaui magnum ſeruum Dei, & virum magnæ Sanctitatis; & vti Cælıti, poſt eius obitum me ipſum commendaui, vt apud Deum pro me intercedat.*

Card. à Monte plurimum detulit eius interceſſioni; *ideoq;* rogo ipſum, ait, *vt pro me oret apud Deum.*

Card. Bandinus de *Cæleſti & ingenti* Card. Bellarmini, gloria perindè ſcribit.

Vt alios mittam, S. Franciſcus Saleſius (quod alias notaui) ominatur ei adhuc viuenti in Cælis ingentem Gloriam, Deiq; fruitionem. *V. Carol. Aug. Saleſiũ in Vita S. Frãc. lib. 9.*

SE-

SECTIO SECVNDA

DE QVIBVSDAM MIRIS VEN. CARD. BELLARMINI.

Edita ab Vrbano VIII. Anno Domini 1625. 1631. & 1634.

POſt vulgata *decreta* Sum. Pontif. Vrbani VIII. de Sanctorum Canonizatione, multis poſt annis exijt Romę, ſub *Innoc. X.* vita Card. Bellarmini, anno ſcilicet 1644. apud Ludouicũ Grignanum. In hac eius vita *quædam mira* continentur, poſt eius feliciſſimum obitum ſecuta.

Ex multis aliqua ego ſeligere ſtatui, quæ perpenderem ad trutinam tùm philoſophiæ, tùm medicinæ, tùm etiam, ſi ità libet, Theologię; vt hinc magis eluceſcerent, omnibuſq; pateſcerent. An miraculorum nomen mereantur, & in eorum Tribum referenda ſint, malo definiant alij. Ego duntaxat parabo materiam, vndè alij quid grandius eliciant. Nec dubito, quin in Viro Sanctiſſimo meliora lateant, quæ ſuo tempore aperiet nobis Deus.

Nec dedecet medicum iſthæc verſare, & in alienam meſſem veluti manum mittere; quandoquidẽ nemo melius ipſis medicis, diſtinguere poteſt naturæ & artis vim, ab operibus; quæ à Cælo comparantur, in his quæ ad morbos pertinent & morbo-

rum ſolutiones, vt rectè notabat Paul. Zacchias. Medicos quoque accerſiri à Romana Rota, in miraculis quibuſdam perpendendis, teſtatur idẽ Zacchias; & quod pluris eſt, teſtatur ipſa Rom. Rota *in relat. S. Andr. Corſini p. 2. verſu vlterius per S. Thomam*. *qq. Medic. legal. lib. 4. tit. 1. de mirac. q. 1.*

De miraculis egerunt celebres quidam Medici.

Quin & de miraculis quoque egerunt eximij quidam medici, Franc. Valleſius Hiſpanus, in præclaro opere de *Sacra philoſophia*, Guillelmus Ader Toloſanus, de *AEgrotis & morbis in Euang.*, Fortun. Licetus, patriæ decus & ornamentum, meiq; amiciſſimus, *lib. 2. de quæſit. à Claris viris*, Paul. Zacchias Romanus, in *qq. medicolegalib.* Andr. Laurentius Gallus, *de mirab. ſanatione ſtrumarum per Reges Galliæ*, Angelus Victorius Balneoregienſis, in ſuis *Conſilijs medicis*, alijque, quos prætereo. *qq. Medic. legal. l. 4. tit 1. q. 8. Medic. polit. a. vlt. append 5.*

Peculiariter egerunt aliqui de quodam mirabili euentu, qui poſt Ven. Viri obitum ſecutus fuit; eũq; miraculis etiam accenſuit Paul. Zacchias; Egitque etiam de eo Hieronym. Bardi Vir Cl. & amiciſſimus, & ego ipſe in opere iàm edito Anno 1663. Genuæ. *In Anaſt. Cort. Peruuig.*

Sed antequam de his mirabilibus dicam, præmittenda hic ſunt aliqua, veluti *prolegomena*, de notione miraculorum, deq; alijs huiuſmodi, ex quibus poſteà de dicendis iudicium meliùs ferri poſſit. Interim dico, nulla quantumuis ingentia *miracula*, pro talibus haberi poſſe, niſi priùs probentur ab Eccleſia, vti docet *Emin. Card. Bellarminus*. *De not. Eccleſ. cap. 14.*

Miracula fidem habent ab Eccl.

§. PRI-

Digitized by Google

§. PRIMVS.

QVID INTERSIT INTER MIRACVLVM ET MIRABILE.

HOC intereſt ſcire, vt diſtinguamus pretioſum à vili, genuina miracula Chriſti & Sanctorum à pſeudomiraculis, quæ per magiam fiunt naturalem & dæmoniacã, de qua re optimè Io:Picus Mirãdulanus ingeniorum apex, malè in hoc reprehenſus à cenſoribus.; & profectò iſte Picus non garrit, ſed vti olor plerumq; benè canit. Intereſt quòq; ſcire ne fors quiſquilias inter *magnalia Dei* computemus, quod faciunt Vulgi homines, & inſipientes, quemadmodum narrat Zonaras de *Conſtantino gladiatore*, qui fungum natum in ſepulchro vxoris *Zenæ* inter miracula computauit, tamquam ſignum à Deo ſibi datum eius Sanctitatis oſtendendæ. Sed, *O rem ridiculam Cato & iocoſam!*

Diſp. de Mag & Cabala, in Apolog.

Io:Pici Mirandulani laus.

Quid enim facilius, quàm è terra fungum eructari, qui eſt filius vnius noctis, & momento erumpit?

1. p. q. 105. nu. 8. & q. 110. a. 4. q. 114. a. 4

Miraculum definiunt id *quod fit* præter ordinem totius naturæ *creatæ*. Ità D. Thom. pluribus in locis. Conſonant alij Theologi, eiuſq; Interpretes; videantur etiam Paul. Areſius, Silueſt. Petraſancta, M. Delrio, & alij; de Medicis Paul. Zacchias. Hinc rectè Card. Bellarminus lib. 3. de Romano Pontif. cap. 15. *ea ſunt*, ait, *vera miracula*, *quæ à ſolo Deo fieri poſſunt*, *quæ non habent cauſas neque occultas*

De Antich. velit. 4. excurſ 19. In Proleg. Thaum. n. 10 Diſqu. Mag. li. 2. q. 7. Loc. ſup. cit. de mirac in qq. Medico leg.

§. XIV.

LAICORVM PRINCIPVM IVDICIA.

NON minùs deferunt eius Sanctitati, & doctrinæ Principes Laici, conueniuntq; cum Eccleſiæ Proceribus, nec impediunt Muſicam. Sed quàm clari, & illuſtres hi? Enimuerò cẽſentur in his tres Imperatores Domo Auſtriaci *Rudolphus*, *Matthias*, & *Ferdinandus pius*; tres ſummi Reges *Henricus IV.* Rex Galliarum, *Philippus III.* Rex Hiſpaniarum, *Sigiſmundus* Rex Poloniæ. Sunt item tres ſummi Duces *Carolus Emanuel* Dux Sabaudiæ, *Gulielmus*, & *Maximilianus* Duces Bauariæ; qui omnes doctrinæ, & Sanctitati Ven. Viri eximiè plaudunt, de quibus videndus Siluester Petraſancta. Mitto alios. *Libr. 6. cap. 6. & lib. 7. cap. 4.*

§. XV.

FRVCTVS DOCTRINAE EIVS.

BEllarmini Sapientia nõ tam magna fuit, quam frugifera; Conſtat enim librorum eius lectione plurimos hæreticorum in bonã ſemitam reuocatos fuiſſe; quorum amiſſionem vt ægrè anteà tulit Eccleſia,ità eoſdẽ ſibi reſtitutos ſummoperè gaudet. Sanè hornm multos ſapientiæ, eiuſq; laboribus debet Eccleſia.

Cardi-

V. Teſtimonia ſæpè cit. Cardin. in Vita P. Fulig. *Cardinalis Dietrichſtain* vnus ex Proceribus Germaniæ, huius rei fidem facit ampliſſimam, atque *plures hæreticos librorum eius lectione conuerſos fuiſſe*. Ait etiam, quod ſi libri ipſius in vnum colligerentur, *ipſam* Vaticanam *Bibliothecam implerent*.

Huius rei teſtes ſunt alij Emin. & præcipui Cardinales.

Cardinalis Bandinus, qui Nuntium egit in Gallijs, aiebat Controuerſias eius editas fuiſſe *incredibili beneficio S. Eccleſiæ, & hæreticorum confuſione.*

Card. Scaglia præclari Ordinis Prædicatorum, ipſum ait à Deo fuiſſe electum vt idoneum inſtrumentum ad conuincendos Hæreticos, inſtruendos Catholicos, & conſolandum eos, qui ambulant in via Domini.

Card. Vbaldinus eum perinde habuit veluti *Athanaſium, & Auguſtinum* diuos præclatiſſimos, ſelectumq; à Deo, & miſsũ ad hæreſes profligandas; neminemq; ait eo melius fidem Catholicã noſtris temporibus propugnaſſe.

Card. Verallus non diſſimilia de ipſo ſcribit.

Card. Cobellutius gratias Deo agit, quòd eum vti *micantiſſimum lumen*, Romanæ Eccleſiæ dederit.

Card. à Sabaudia non diſſentit ab his, aitq; in ipſo expreſſam ad viuum fuiſſe imaginem priſcorum Sanctorum Doctorum.

P. Fulig. Vitæ Bellarm. cap. 10. *Dominus Albergatus*, qui Coloniæ Apoſtolicam

legationem per decennium, & ampliùs egerat, teſtis eſt, plurimos hæreticorum, etiam de ipſis quoque Miniſtris, & prædicantibus, ſub ſe ſuiſq; delegatis, abiurata falſa, & hetherodoxa Religione, ad veram fidem, quam Romana Eccleſia profitetur, rediiſſe, non alio monitore, quàm Bellarmini libris, & Controuerſiis.

Andreas Vviſſe ex publica fama refert, Hæreticos è Batauorum finibus & ex Britannia ad audiēdum concionantem Bellarminum Louanij, ſolitos confluere, ex quibus multi conceptum virus reuomuerunt.

Alij hæretici, quanquam manus non dederint, vt eſt hæreſis ſuopte ingenio pertinax, & refractaria, Bellarminum tamen vt Victorem maximum, pugilemq; eximium confitentur; adeoque *Theodorus Beza* Hæreſum Gebennæ inuentor, & magiſter, viſo Controuerſiarum eius primo Tomo, dixiſſe fertur, *Vnus hic liber nos omnes humi proſternit*. Quodnam luculentius teſtimonium præualidi enſis, quam gemitus confoſſi hoſtis? Nec multùm abeunt ab iſta Bezę ſententia *Vvitackerus in* Anglia, *Franciſcus Iunius* in Gallia, alijque hęreſum magiſtri, & Coriphęi; quin & omne ſtudium, operamq; in eo confutando poſuere, quod Cantabrigię fecit Vvitackerus, celebris eorum Archiſynagogus, & Oxonij alij, pręcipuis in Anglia Academijs; Sed irrito ſemper conatu tùm hi, tùm alij egerunt; nam opere illo debilitati, nihil poſteà quidquam value-

Libr. 2. cap. 6.

Libr. 2. cap. 6.

Digitized by Google

valuerunt, & tantùm dùm minimè conquieſcunt; more anguium capite obtrito, ſpiris, & cauda inutiliter minantur.

V. ſupra P. Fuligat. cap. 10.

Denique quo dcitat us ſupra in Germania Nuntius, à primoribus hæreticorum audiſſe ſe refert, non eſt hic omittendum. Aiebant ipſi, non tot futuros fuiſſe Lutheranos & Caluiniſtas, ſi anteactis temporibus, plures fuiſſent Bellarmini. Vt certè de eo dici poſſit quod olim de D. Auguſtino dictum legitur. *Auguſtinus vir adamantinus, in quo omnes aduerſariorum dentes franguntur.*

Apud Facund. Hermian. lib. 9. pro trib. Capit.

De fructu quoq; ipſius doctrinæ, teſtem habemus locupletiſſimum *S. Franciſcum Saleſium*, qui ſæpe cum hæreticis manus conſeruit, eoſq; etiam conuicit, ait enim Bellarminum *& multa ſcripſiſſe, & ſapienter pro bono Eccleſiæ.* Mitto alia.

Tract. de Amore Dei in præf.

§. XVI.

REVERENTIA ERGA IPSVM, EIVSQVE LIPSANA.

Honos viuenti habitus.

Habitus pro Sancto ſemper fuit.

MEruit Card. Bellarminus Sanctitatis honorem; adeoque habitus Sanctus fuit à pueritia vſq; creuitq; fama eius Sanctitatis per omnes ætates, creuit & meritum ampliſſimum; teſtantur id plerique omnes, teſtantur quoq; ampliſſimi Cardinales.

Audiantur.

Card.

Ità Cardin. à Monte. Card. à Monte. *Habitus* inquit *pro Sanĉto fuit, totaq; Romana Ciuitas à primo vſq; ad vltimum vti Sanĉtum eum cenſuit.*

Confirmat Cardin. Creſc. Card. Creſcentius. *Viuens Sanĉtus habitus ſemper fuit; & ego vti Sanĉtum eum reueritus ſemper fui.*

Et Card. Vbaldinus. Card. Vbaldinus. *Viuētem & mortuū tàm Aula, quam Romanus Populus vti Sanĉtum eum habuit.*

Eximiam eius Sāĉtitatem perindè celebrant alij Cardinales, inter quos *Valerius Cardinalis*, & *Cardinalis à Sabaudia*. Hic prætereà ait ſumma ſe ergà ipſum propenſione affectum, vel vt ipſe ait *ergà eius Sanĉtam & Benediĉtam Animam.*

Et Card. Valeri⁹, & à Sabaudia.

Hippol. Cardin. Eſtenſ. *Hippolytus Card. Eſtenſis*, de quo alibi, ea veneratione proſecutus eſt Virum DEI, vt quoties eum adiret, (adibat autem frequenter) toties ſe ad eum fermè adorandum incitaretur; pari ſenſu ferebatur in eum *Iul. Epiſcopus Sanſedonius*, quotieſq; eum adhibat, toties ſe componebat ad Sanĉtimoniam, parabat in via obſequia, geſtus voceſq; diſponebat, non aliter quàm ſi cum Cælite quopiam eſſet locuturus.

Iul Sanſedonius Epiſc.

Honos morienti habitus.

Res eius appetū-tur vt Reliquię nedum à vulgo, ſed Preſulib. & Cardin.

HIC idem honos fuit habitus ægrotanti, & morienti Bellarmino; enim verò res omnes quas habuit vtendas, lipſanorum loco ſtatim habitæ fuere, non modò à vulgi hominibus, ſed etiam à Car- *Libr. 7. cap. 3.*

à Cardinalibus & Principibus Viris. Hinc Roſaria, pileoli, atque huius generis alia vel diſtributa omnia, vel deſtinata varjis; etiam minimæ eius reculæ expetitæ & ſurreptæ fuere, tàm auidè, quam non aurum & gemmas poſſent; Cardinales ipſi & Præſules magni pro ſe talia flagitabant, non modò qui Romæ erant, ſed etiam qui aberant, inter quos *Odoardus Card. Farneſius*.

Mittuntur aliæ, cum deficiant propriæ.

At quia poſcentium votis, rebus ſuis ſatisfieri non potuit; oportuit aliundè alias mitti, vt ab eius contactu Sanctitatem & meritum referrent: miſſi ideò noui pileoli, cruces argenteæ, Roſaria, veſtes ljneæ, & ea quidem copia, vt ſoli pileoli numerum expleuerint 150.

Sanguis eius aſſeruatur venerat. cauſa.

Sanguis ipſe, quem pro febris remiſſione prolici ab eius venis iuſſerant medici, vel in phialis collectus fuit, vel linteolis exceptus in venerationem, & per menſes plures ſeruatus fuit in phiala liquidus, non concretus.

Loc. cit. — *P. Iac. Fulig. in Vit. Bell. cap. 41.*

Lectulū morientis contingunt, & oſculantur.

Adibant eum multi cuiuſcumq; ordinis, non tàm viſendi cauſa, quàm venerandi; ideoq; poſitis genibus lectulum eius contingebant, oſculabantur, & ut ſibi benè precaretur flagitabant. Aliqui Cardinales, ſe ab eo benedici omni contentione petiere, quod in primis teſtantur Emin. Cardinales *à Monte* & *Valerius*.

Libr. 7. cap. 2. — *Loc. cit.* — *In prop. Teſtim.*

Culmen honoribus eius dabit Gregorus XV. Summ. Pontifex, qui Bellarm. adijt ægrotantem, eius Sanctimoniam palam commendauit, non tàm

ver-

verbis, quàm lacrymis, veluti deplorans detrimentum quod patiebatur Chriſtiana Reſpublica.

Honos habitus mortuo.

NEC ei mortuo defuit honos, & reuerentia; creuit imò potius honos iſte, creuit inquam tùm Romani Populi ampliſſimo concurſu, ad eius funus confluentis, qualis vix anteà viſus, tùm mira omnium acclamatione SANCTVM eum appellantium; vt meritò dici poſſit quod olim de funere D. Ambroſij ſcriptum legimus, *erat exequiarum turba innumerabilis, totius dignitatis, totius ſexus, omnium penè ætatum*; qui omnes ſubindè de eo vti de *Sancto* conſonis linguis loquebantur; & ea quidem admurmuratione, tanquam ſi die poſtero inter Sanctos eſſet referendus, quod inter alios teſtatur teſtis omni maior exceptione Eminent. *Card. à Monte*: quę ſententia non tàm vulgi promiſcui fuit, quàm etiam aliquorum Cardinalium, quibus ſpes fuit & perſuaſio, vt breui Card. Bellarminus inter Sanctos referretur, *binis tantùm miraculis* fidem Sanctitatis eius confirmantibus, tàm erat exploratæ apud omnes Sanctitatis; manſitq; tùm, manetq; adhuc in mentibus hominum hæc de ipſius Sanctitate ſententia.

Funus eius frequentiſſimum. *Libr. 7. cap. 4.*

Loc. cit.

Sanctus acclamatur.

Agunt de eo, tāquam ſi poſtridie inter Sanctos eſſet referēdus.

Card. à Monte in propr. Teſt.

Interim hi manus & pedes certatim exoſculari, alij roſaria, quæ vocantur applicare corpori, ingenti adeò numero, vt ſola roſaria eius corpori admo-

ta

Pat.Sa-ſta libr. 7.cap. 4. Idem in Thaum. tom. 2. cap. 23.

ta *viginti millium* numerum impleuiſſe dicantur. Eius Corpori multa millia Roſariorum admouentur.

Reliquiæ deniq; mortui Bellarmini, Cæloq; recepti à pluribus expetitæ fuerunt, ſupra quam credi poteſt. Satis ſit dicere in præſentia, Cardinales ferè omnes, ac Pręſules magnos, partemq; numeroſiorem Principum tùm Italorum, tùm Tranſalpinorum poſtulauiſſe Viri Dei res aliquas, quæ ab eius contactu venerationem meruerint.

Vide libr. 7. cap. 4.

Reliquiæ mortui expetũtur à Cardin. à Præſulibus, & à Principib ferè omnib tum Italis, tũ Tranſalpinis.

Inter alios *Regina* Chriſtianiſſimi Regis Galliarum *Maria Medicea*, eius Reliquias auidè expetitas, & à Mutio Vitelleſco Generali Præpoſito Soc. IESV habitas, *Regiæ Aulæ ſuæ* oſtendit eaſq; venerandas propoſuit. *Denique innumeri ſunt*, qui detractum fruſtulum togæ, aut aliarum veſtiũ eius, idque ſummis precibus expreſſum, ſuſpenſum antè pectus gerunt, nec tractant vnquam niſi venerabundi.

Loc. cit.

Regina Galliarũ Maria Medicea Bell. Reliquias Aulæ ſuę oſtẽdit, & venerandas proponit.

Confirmatio dictorum.

Hęc omnia excerpta ex Teſtimonijs Cardin. v I. Fuligattum in vita Cardin. Bellarm ſecundæ editionis.

QVæ hucuſq; dixi confirmant præclara quorundam Cardinalium teſtimonia.

Card. à Monte. *In eius* inquit *exequijs agebatur de eo tanquam ſi poſtridie inter Sanctos eſſet referendus.*

Card. Bandinus. *Honor* ait *exequiarum eius fuit nobilis triumphus, qui meritò debitus fuit eius ſummæ humilitati. Et ego ſolitus ſum dicere, vno dumtaxat ab eo perpetrato miraculo, quemlibet Romanũ*

Vide ſingulos eorũ in proprijs Teſtim. apud P. Fuligattum ſæpè citatum.

Pontificem permoueri poſſe ad eius Canonizationem peragendam.

De eius Reliquijs tàm auidè expetitis, & ſummo ſtudio conquiſitis, teſtantur Emin. Cardinales *à Monte*, *Creſcentius*, & *Valerius*.

De Cæleſti eius gloria perindè agunt alij Eminentiſſimi Cardinales; conceptamq; *eius in Cælo Gloriam* ità explicant.

Card. Valerius ait *certò credi poſſe Animam eius ſtatim in Cælum euolaſſe; & quòd ibi oraturus ſit pro illis, qui obſequium præſtitere eius Sancto & glorioſo nomini.*

Card. Cobellutius cognomento S. Suſannæ, gratias Deo agit, quod *Romanæ Eccleſiæ micantiſſimum lumen accenderit, nobiſq;* ait, *largitus ſit Animam, quam credimus Beatam in Cælo, & de Magnis illius Regni incolis.*

Card. Alex. Vrſinus *ſemper illum*, ait, *exiſtimaui magnum ſeruum Dei, & virum magnæ Sanctitatis; & vti Cœliti, poſt eius obitum me ipſum commendaui, vt apud Deum pro me intercedat.*

Card. à Monte plurimum detulit eius interceſſioni; *ideoq;* rogo ipſum, ait, *vt pro me oret apud Deum.*

Card. Bandinus de *Cæleſti & ingenti* Card. Bellarmini, gloria perindè ſcribit.

Vt alios mittam, S. Franciſcus Saleſius (quod alias notaui) ominatur ei adhuc viuenti in Cælis ingentem Gloriam, Deiq; fruitionem. *V. Carol. Aug. Saleſiũ in Vita S. Frãc. lib. 9.*

SE-

SECTIO SECVNDA

DE QVIBVSDAM MIRIS VEN. CARD. BELLARMINI.

Edita ab Vrbano VIII. Anno Domini 1625. 1631. & 1634.

POſt vulgata *decreta* Sum. Pontif. Vrbani VIII. de Sanctorum Canonizatione, multis poſt annis exijt Romę, ſub *Innoc. X*. vita Card. Bellarmini, anno ſcilicet 1644. apud Ludouicū Grignanum. In hac eius vita *quædam mira* continentur, poſt eius feliciſſimum obitum ſecuta.

Ex multis aliqua ego ſeligere ſtatui, quæ perpenderem ad trutinam tùm philoſophiæ, tùm medicinæ, tùm etiam, ſi ità libet, Theologię; vt hinc magis eluceſcerent, omnibuſq; pateſcerent. An miraculorum nomen mereantur, & in eorum Tribum referenda ſint, malo definiant alij. Ego duntaxat parabo materiam, vndè alij quid grandius eliciant. Nec dubito, quin in Viro Sanctiſſimo meliora lateant, quæ ſuo tempore aperiet nobis Deus.

Nec dedecet medicum iſthæc verſare, & in alienam meſſem veluti manum mittere; quandoquidē nemo melius ipſis medicis, diſtinguere poteſt naturæ & artis vim, ab operibus; quæ à Cælo comparantur, in his quæ ad morbos pertinent & morbo-

rum ſolutiones, vt rectè notabat Paul. Zacchias. Medicos quoque accerſiri à Romana Rota, in miraculis quibuſdam perpendendis, teſtatur idẽ Zacchias; & quod pluris eſt, teſtatur ipſa Rom. Rota *in relat. S. Andr.* Corſini *p. 2. verſu vlterius per S. Thomam*.

qq. Medic. legal. lib. 4. tit. 1. de mirac. q. 1.

De miraculis egerunt celebres quidam Medici.

Quin & de miraculis quoque egerunt eximij quidam medici, Franc. Valleſius Hiſpanus, in præclaro opere de *Sacra philoſophia*, Guillelmus Ader Toloſanus, de *Ægrotis & morbis in Euang.*, Fortun. Licetus, patriæ decus & ornamentum, meiq; amiciſſimus, *lib. 2. de quæſit. à Claris viris*, Paul. Zacchias Romanus, in *qq. medicolegalib.* Andr. Laurentius Gallus, *de mirab. ſanatione ſtrumarum per Reges Galliæ*, Angelus Victorius Balneoregienſis, in ſuis *Conſilijs medicis*, alijque, quos prætereo.

qq. Medic. legal. l. 4. tit. 1. q. 8. Medic. polit. a. vlt. append. 5.

Peculiariter egerunt aliqui de quodam mirabili euentu, qui poſt Ven. Viri obitum ſecutus fuit; eũq; miraculis etiam accenſuit Paul. Zacchias; Egitque etiam de eo Hieronym. Bardi Vir Cl. & amiciſſimus, & ego ipſe in opere iàm edito Anno 1663. Genuæ.

In Anaſt. Cort. Peruũg.

Sed antequam de his mirabilibus dicam, præmittenda hic ſunt aliqua, veluti *prolegomena*, de notione miraculorum, deq; alijs huiuſmodi, ex quibus poſteà de dicendis iudicium meliùs ferri poſſit. Interim dico, nulla quantumuis ingentia *miracula*, pro talibus haberi poſſe, niſi priùs probentur ab Eccleſia, vti docet *Emin. Card. Bellarminus*.

Miracula fidem habent ab Eccl.

De not. Eccleſ. cap. 14.

§. PRI-

§. PRIMVS.

QVID INTERSIT INTER MIRACVLVM ET MIRABILE.

HOC intereſt ſcire, vt diſtinguamus pretioſum à vili, genuina miracula Chriſti & Sanctorum à pſeudomiraculis, quæ per magiam fiunt naturalem & dæmoniacã, de qua re optimè Io:Picus Mirãdulanus ingeniorum apex, malè in hoc reprehenſus à cenſoribus.; & profectò iſte Picus non garrit, ſed vti olor plerumq; benè canit. Intereſt quòq; ſcire ne fors quiſquilias inter *magnalia Dei* computemus, quod faciunt Vulgi homines, & inſipientes, quemadmodum narrat Zonaras de *Conſtantino gladiatore*, qui fungum natum in ſepulchro vxoris *Zenæ* inter miracula computauit, tamquam ſignum à Deo ſibi datum eius Sanctitatis oſtendendæ. Sed, *O rem ridiculam Cato & iocoſam!*

Diſp. de Mag & Cabala, in Apolog.

Io:Pici Mirandulani laus.

Quid enim facilius, quàm è terra fungum eructari, qui eſt filius vnius noctis, & momento erumpit?

Miraculum definiunt id *quod fit* præter ordinem totius naturæ *creatæ*. Ità D. Thom. pluribus in locis. Conſonant alij Theologi, eiuſq; Interpretes; videantur etiam Paul. Areſius, Silueſt. Petraſancta, M.Delrio, & alij; de Medicis Paul. Zacchias. Hinc rectè Card. Bellarminus lib. 3. de Romano Pontif. cap. 15. *ea ſunt*, ait, *vera miracula, quæ à ſolo Deo fieri poſſunt, quæ non habent cauſas neque occultas*

1. p. q. 105. nu. 8. & q. 110. a. 4. q. 114. a. 4. De Antich. velit. 4. excurſ 19. In Proleg. Thaum. n. 10 Diſqu. Mag. li. 2. q. 7. Loc. ſup. cit. de mirac in qq. Medic leg.

neq;

neq; manifeſtas; & ideò non ſolum in conſpectu hominum, ſed etiam in conſpectu dæmonum & Angelorum ſunt mirabilia. Trifariam diſtinguunt miraculum, & *quoad rem quæ* fit, & *quoad ſubiectum in quo res fit*, & *quoad modum & ordinem faciendi.* Alij quadrifariam diſtinguunt, de quibus mox. Siſto hic verba D. Thomæ, quo nemo meliùs hanc rem diſtinxit. Audiatur tantillum Angelicus Doctor.

I.Zonar. 3 p.Hiſt. de Conſt. gladiatore.

Tripliciter, ait, *excedit aliquid facultatem naturæ, vno modo quantum ad ſubſtantiam facti, vt quòd duo corpora ſint ſimul, vel quod Sol vetrocedat, aut quod corpus humanum glorificetur, quòd nullo modo natura facere poteſt: & iſta tenent ſummum gradum in miraculis.* talis quòque Solis ſtatio, quandò ad imperium Ioſue Sol ſtetit in Cælo, *obediente Deo voci hominis*; quanquam maius miraculum fuit quòd Sol retroactus fuerit, vt in caſu Ezechiæ accidit, quam quod Sol ſteterit, quòd benè notauit Galeottus Martius lib. de doctrina promiſcua, cap. 38.

Ioſue cap. 10.

3. Reg. 20.

Ad hunc gradum reuocant aliqui tranſitũ Hebræorum in mari rubro, cum refuſis vadis, nec tamen fluentibus, vtrinq; aquæ ſolidatæ fuere; quod facit Theologorum Alpha D. Thomas in lib. contra Gentes, quod tamen non ità mirum videri alicui poſſit. Quidni enim Angelus per motum localem id efficere potuerit? & quanquam Franciſc. Ferrarieñſis accuratus Interpres D. Thomę, hanc D. Thomæ ſententiam propugnet, nondum tamen diſcuſ-

Exod. cap. 14.

Libr. 3. cap. 101.

In Cõm.

ſit

ſit meas nebulas. pergit D. Thomas.

2.° *Aliquid excedit facultatem naturæ, non quantum ad id quod ſit, ſed quantum ad id in quo ſit, ſicut reſuſcitatio mortuorum & illuminatio cæcorum, & ſimilia; poteſt enim natura cauſare vitam, ſed non mortuo, & poteſt præſtare viſum, ſed non cæco;* & *hæc tenent ſecundum locum in miraculis.*

3.° *modo excedit aliquid facultatē naturæ, quantum ad modum & ordinem faciendi, ſicut cum aliquis ſubitò per virtutem diuinam à febre curatur abſq; curatione & conſueto proceſſu naturæ in talibus: & cùm ſtatim aer diuina virtute in pluuias denſatur abſque naturalibus cauſis, ſicut factum eſt ad preces Samuelis, & Eliæ: & huiuſmodi tenent infimum locum in miraculis. Quælibet tamen eorum habent diuerſos gradus, ſecundum quod diuerſimodè excedunt facultatem naturæ.* Hucuſque D. Thomas 1. p. q. 105. a. 8.

Sunt alij qui *quadrifariam* diſtinguunt miracula, vt prædixi. Ità Malderus Epiſcop. & Silueſter Petraſancta; & hoc miraculorum genus vocant miraculum *ex adiunctis*, ſeù *circunſtantijs*, veluti cum ad Eliæ preces miſſus fuit ignis de Cælo, non fuit miſſus ad clamores Sacerdotum Baal in ea cōtentione, quam ſimul habuerunt pro Religione, Deoque internoſcendo; nam ad Dei prouidentiam ſpectat, dum res tam grauis, & pertinens agitur, prohibere ne vtiq; populo illudatur. Ità ipſi. Quibus non refragor: Attamen aio huiuſmodi prouiden-

De fid. q. 9. a. 5. diſp. 4. ſect. 3.

In Thaumaſ Proleg. n. 19.

4. Reg. 18.

dentiam poſſe adminiſtrari per bonos Angelos, citrà miraculum, puta per Michaelem, vel per minorem quoque Angelum, fauente Deo, qui repellat dæmones ab ea poteſtate, impediatque quominùs agant quod alioqui agere potuiſſent; Quanquã ego miraculum etiam agnoſco in eo quòd ignis momento temporis aquam, boues, totamq; lignorum ſtruem abſumpſerit, quod non feciſſent dæmones, nec facere potuiſſent.

Miracula porrò à Deo fiunt in veræ fidei & Sãctitatis teſtimonium, ex quo fides Sanctorum probatur, vt obſeruat in primis Card. Bellarminus; quanquam, vt idem docet Bellarminus, *per vnum Sanctum operatur DEVS multa miracula, & per alterum fortaſsè maiorem nulla, cuius rei cauſam ſolus ipſe nouit, vt B. Aug. docet in Epiſt.* 137. *ad Clerum, & Populum Hipponenſem*; & licet non æque probent miracula omnia; probant enim magis, quæ ſunt altioris ordinis, quam quæ minoris ſunt, attamen in vniuerſum probant ea validè, in quorum gratiam miracula fiunt. Sapienter ideò Cardinalis Toletus dæmonem ait crediturum fuiſſe Chriſti Diuinitatem, ſiquidem annuiſſet Dominus patrare miraculum non ità magnum, quod ab eo petierat tentator in oſtenſionem Diuinitatis, ſi filius Dei es tu, dic vt lapides iſti panes fiant; ſciebat enim diabolus ſe omninò eſſe imparem ad illud patrandum, nec niſi ab ipſo Deo fieri potuiſſe. *Nouerat dæmon* ait Toletus *hanc doctrinam, qui miraculum*

De Notis Eccl. cap. 14.

De SS. Beat. l. 1. cap. 20.

In Ioan. cap. 3. Not. 2.

culum vnum, & non admodum magnum ſufficiens ſibi exiſtmauit, vt eum eſſe filium Dei cognoſceret, ſi tamen in huius rei probationem eſſet factum, Matth.4. ſi filius Dei es tu, dic, vt lapides iſti panes fiant. Certus futurus, ſi ederetur tale miraculum diuina virtute factum iri; dæmon enim omninò certus erat, ſua virtute id fieri non potuiſſe.

Vt hinc appareat, *minora* quoq; miracula, nec primæ dignitatis, veram fidem & Sanctitatem probare ſatis poſſe; quandoquidem *Diuinitas* ipſa, dæmoni potuit ex minori patrato miraculo patefieri.

Contel. de Sanc. canoniz. cap. 17. Lib. 4. qq. Medic. leg. tit. 1. q. 3. Ceterum inter præcipuas miraculi conditiones, duæ potiſſimum requiruntur, & vt citrà naturæ & artis opem fiant, & vt in inſtanti fiant, de qua re Contelorius, & Paulus Zacchias, alijque: Attamen hæ conditiones quaſdam habent exceptiones; nec enim repugnat quòd miracula fiant quibuſdam interpoſitis moris, & quod quandoq; fiant artis ope. Hoc probare licet ab ipſis diuinis Biblijs, in quibus hæc quoq; miracula continentur, quod iam probo. *Maluet. de Canoniz. Sāctor. dub. 3. n. 25.*

Libr. 4. Reg. c 4. Sic Eliſeus extinctum puerum in vitam reuocauit, bis incumbens in eum, quin & poſuit os ſuum, oculos ſuos, manus ſuas, ad os, ad oculos, & ad manus eius, *& calefacta eſt caro pueri*. Vtque magis excalfieret, excitabat in ſe ipſo calorē, *de ambulans in domo, ſemel huc atq; illuc*, quod præclarè notat Valles. Hinc poſteà *oſcitauit* puer, vel vt cum alijs legit Mariana, *ſternutauit*, & reuixit. Hic certè aliquid artis adhibitum, qualis adhibetur ſynco- *In Sacr. phil cap. 35.*

Digitized by Google

pem patientibus, vt idem notauit Valleſius. *Loc. cit.*

Sic fortè anteà Elias fecit, qui ter, non ſepties, vt malè Zacchias, incubuit in alterum puerum; nam *expandit ſe atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus, & reuerſa eſt Anima pueri intrà eum, & reuixit.* *Lib. 3. Reg cap. 17.*

Sic Tobias ſenior, qui cæcus factus ab illapſu ſtercoris hirundinũ in oculos eius; felle piſcis, quẽ *Callionymum* putant aliqui fuiſſe, curatus eſt, non quidem momento temporis, ſed *dimidia quaſi hora*; & confeſtim albugo egreſſa eſt, quaſi membrana oui. *Tob. c. 3.* *Fr. Valleſ. de Sacr. phil. cap. 42.*

Id omnium clariſſimè oſtendit *Naamam Syrus*, qui vt ſe à lepra mundaret, qua totus obſitus fuerat, iubente ità Eliſeo, non ſemel tantùm, ſed ſepties ſe lauit in Iordane, *& reſtituta eſt caro eius ſicut caro pueri paruuli.* *Lib. 4. Reg. c. 5.*

Hinc fortè factum, vt vim ſanandi lepram deinceps Iordanis acceperit, quæ hucuſq; etiam perdurat, teſtante Andrea Baccio. *Lib. 3. de therm. cap. 3.*

Huc referunt aliqui ſanationem cæci nati, quam egit Chriſtus Dominus, impoſito eius oculis luto. Hoc fuit Collyrium. Sed non placet ità dicere, nam hic nil artis adhibitum; nec quidquam diminutum fuit de miraculo, vnde ea vox manauit, *à ſæculo non eſt auditum, vt aperuerit quis oculos cæci nati.* Quin potius augetur miraculum, quia ab inepta materia factum, ſputo inquam & terra, adeoq; noxia, quæ potius perdere debuit oculos, quàm eos *Ioann. cap. 9.*

infer-

inferre; tantum hic interceſſit mora, & eundi ad fontem Siloe, & abluendi oculos, vndè *venit videns*, non ob aquæ vim, ſed Dei Omnipotentis, vt benè Cornelius in Ioan. ait.

In his certè aliqua temporis mora interceſſit; aliquid etiam opis ab arte petitum, & vt ſapienter ait Valleſ. in præfato Eliſei caſu, *ſuus quoque honos arti datus*. Sæpè enim Deus, ait Maldonatus, *Miracula perfecit appoſitis rebus naturalibus* nō quòd res naturales hanc vim habeant, vt attingant miracula, ſed quòd ad hæc patranda, quandoq; à Deo eleuentur per potentiam obedientialem, *ſaltem quoad modum agendi*.

In Iſa. Cap. 38.

§. II.

DE RE MIRABILI.

MIrabile dicunt id *quod excedit humanam facultatem*, *&* *cognitionem*. Ità D. Thom. 1. p. q. 114. in reſponſione: dixit humanam facultatem, non naturæ poteſtatem, quia per naturæ vires, quas bene norunt dæmones & magi, multa mirabilia fieri poſſunt. Hæc mirabilia in quibuſdam videntur conuenire cum miraculis, niſi quòd non ſunt ea mirabilia magna, de quibus dici poſſit, *qui facit mirabilia magna ſolus*. In quibuſdam dixi conuenire, quatenus ipſa quoq; excitant admirationem, & miraculi ſpeciem repræſentant; ſed non omni-

Pſalm. 135.

Digitized by Google

bus, ſed tantùm analphabetis, & his qui rudes ſunt, nec cauſas ſciunt.

At miraculum ſtupent omnes, non tàm rudes, quàm ſapientes, ipſi quoq; Angeli, qui propterea ad occultam omninò cauſam confugiunt, cum non ſuppetant aliæ noſcibiles cauſæ.

Itàque diſcrepant in cauſa, quia ſolus Deus eſt effector miraculorum, ob infinitam quam habet potentiam: At mirabilium effectores ſunt dæmones, ſunt etiam homines; dæmones quidem per applicationem actiuorum ad paſſiua, ſiuè per virtutes naturales creaturarum, vt docet D. Aug. lib. 3. de Trin. cap. 8. & D. Thom. 1. p. q. 110. a. 4. ad 2. & per motum localem; homines verò, vel dæmonum adiutorio nixi, vel artis quadam peculiari peritia. Talia fuerunt antiquitùs Simonis Magi, & Apollon. Thiançi miracula, talia quæ narrantur de *Veſpaſiano*, de *Adriano* Imperatoribus, de quibus videndi Card. Baronius & P. Silueſter Petraſancta. Talia erunt in mundi exodio Antichriſti miracula, quæ ideo dicuntur *ſigna mendacia* ab Apoſtolo; & quidem *mendacia* in omni cauſarum genere, de quibus pulchrè agit Bellarm. Cardinalis, & poſt eum Paulus Areſius Epiſcop.

Ad artis peritiam refero *Automata* varia, item *Hydraulica*; talia fuerunt Automata Dædali apud Ariſtotelem, Archimedis, Architæ, ac Boetij. Huc veniunt eiuſdem Architæ *Columba lignea*, altera *Anea* per aera volantes; Leonis Imperatoris *auicu-*

la

1. Tom. An. 73. tom. 3. Thaum. in princ.

Ad Theſalō. c. 2. Lib. 3. de Roman. Pontif. c. 15.

Velit de Anti. excur. 19.

læ aureæ cantillantes, *ſerpentes* ex eodem metallo ſibillantes; *Caput item æneum B. Alberti M.* (Beatū voco, qui nuper tranſcriptus eſt in numerum Beatorum à Clem. X. Rom. Pontifice) quod humano artificio locutum perhibent Medina, & Gulielmus Pariſienſis; quod tamen non credit Delrio, nec enim, inquit, humana induſtria hucuſq; pertingit: nec naturalis ratio patitur, vt res inanimata, vocem humanam ad libitum interrogantium reſpondēdo emittat, nam hæc vitam & reſpirationem in loquente, & perfectiſſimam organorum cooperationem, & diſcurſum quendam loquentis requirunt. Ità Delrio, qui videndus eſt lib. 1. diſq. Mag. cap. 4. & lib. 2. eiuſd. operis q. 27. ſect. 1.

§. III.

DE AVCTORE MIRACVLORVM.

AVCTOR miraculorum eſt Deus, & pręter ipſum nemo alius eſt, vnde de Deo dicitur *qui facit mirabilia magna ſolus.* Eſt enim miraculū, vt benè Paul. Areſius *teſtificatio Dei, qui nec falli, nec fallere poteſt, eſtq; veluti regium ſigillum, quo eius decreta & dicta firmantur.* Sancti Viri Dei nonniſi inſtrumentaliter miracula ediderunt, imò Chriſtus ipſe, quà homo fuit, non aliter miracula edidit, niſi vt inſtrumentum fuit Diuinitatis, vt docet S. Thomas 3. p. q. 13. a. 2. quanquam eius miracula fuerunt

Pſalm. 135.
Lib. de Antich. velit. 4. excurſ. 19.

the-

theandrica h. e. diuine humana opera; vti docet Card. Bellarminus, nimirum ab eius humanitate ſimul & Diuinitate prodeuntia. Porrò Chriſtus Dominus varijs modis, & inſtrumentis vſus fuit in patrandis miraculis, quod idem Bellarminus ſcriptum reliquit his verbis; *nam aliquando*, ait, *ſola voluntate operabatur miracula, vt cum aquam in vinum conuertit; aliquando voluntate, & verbo; vt cum Lazarum excitauit; aliquando voluntate, verbo, & contactu, vt cum excitauit puellam mortuam; aliquandò voluntate, verbo, contactu, & alio inſtrumento, vt ſputo, vt cum cæcum illumiuauit, & alibi ſurdum & mutum curauit.* Addit poſteà Sapiētiſſimus Vir. *In his omnibus nihil erat inutile, & ſuperfluum, quia omnia operabantur, neq; maiorem effectum producebant omnia ſimul, quā vnum. Non enim meliùs reuixit puella, quam Lazarus, etiam ſi illam & voce appellauit, & manu apprehendit, Lazarum autem ſolum vocauit.* Hactenus Card. Bellarminus.

Lib. 5. de Christo cap. 7.

Libr 4. de Sacr. c. 27.

Porrò ſi quid à dæmone fit, eiuſq; Magis, vel illuſoriè fit, vel miraculi apparentiam tantum habet, in quo edendo nulla ei poteſtas ineſt, etiam in his, quæ ſunt minoris dignitatis; nec dici poteſt *ſemimiracula* ab eo patrari poſſe, quod malè excidit Franciſc. Cardinali Toleto, reprehenſo ideò à Martino Delrio, & Theophilo Raynaudo in Theolog. Natur.

Libr. 2. diſqiſ. Mag. q. 7

Nec ipſi vnquam hæretici miracula patrarunt,

quia

quia à fide defecerunt; ideoque in omnibus ſignis ſemper deficiunt, ne dum *in* 3.° *ſigno*. Habent Heretici manus truncas, & paralyſi laborant. Si aliquandò miracula edere conati ſunt, carò eis conſtitit, triſtiaq; exempla dedere tum Lutherus, tum Caluinus, de quibus lege Bellarminum, & alios. Quid mirum, ſi ſunt oſores miraculorum? Ipſi de viuis mortuos faciunt, vt graphicè loquitur Tertull. *Apoſtoli* inquit, *de mortuis viuos faciebant, iſti de viuis mortuos faciunt*. Vt verbo dicam, ne muſcam quidem excitare valent. Quàm pulchrè D. Auguſtinus dixit, retineri ſe in Eccleſia *vinculis miraculorum*? & ſanè qui huiuſmodi *vinculis* in Eccleſia, & vera fide non retinentur; alijs profectò *vinculis* detinendi ſunt, tanquam ſtulti & phanatici.

Exod. cap.8.

De not. Eccleſ. cap.14.

Libr de preſcript cap.30.

Libr. de Vtilit. Creden. cap. 17. & libr. cont. Ep. fund. c. 4

§. IV.

MOS DEI IN PLANTANDA FIDE.

EX quo Deus Fidem plantauit in Mundum, miraculis ſemper vſus fuit, tanquam teſtibus eius veritatis, quam nobis credendam propoſuit, adeòq; fidem in infantia miraculis fouit, adultam miraculis auxit, ſuperadultam miraculis confirmauit. His anteridibus fides noſtra fulcitur; ſunt enimuerò miracula tanquam *vox Dei*, clamantis ità eſſe, quemadmodum fides ipſa docet.

Hinc lex Moſi data in Monte Sinai, reboanti-

Digitized by Google

bus tonitruis, micantibus vndiq; flammis, tubæq; clangore validè perſonante; quo tempore populus exterritus *videbat voces & lampades & ſonitum buccinæ montemq; fumantem: & perterriti ac pauore concuſſi, ſteterunt procul.* Lex deindè reſtituta fuit per *Ioſiam* pientiſsimum Regem, præmiſſis miraculis, quæ legis penè amiſſæ reſtitutionem ſignificarunt. Deinceps verò conſecuta ſunt innumera Eliæ, Eliſei, Iſaiæ, Ionæ atq; aliorum miracula.

Exod. c. 20.

3. Reg. cap. 13.

Cũ verò apparuit Chriſtus Deus & homo; eiuſq; tùm Diuinitas, & diuina lex probari debuerunt, ingentibus & planè innumerabilibus miraculis aſſertę fuere, quibus vbiq; Euangelia reſonant. Satis eſt dicere, quod *omnes malè habentes* ſanauit Chriſtus D. Matt. 8., in quẽ locum ſapiẽter D. Chriſoſtomus ſic exclamat: *Intende quantam multitudinem curatam tranſcurrunt Euangeliſtæ, non vnumquemq; curatum enarrantes, ſed vno verbo pelagus ineffabile miraculorum inducentes.*

Deindè verò Apoſtoli fidem à Chriſto Domino habitã *prædicauerunt, vbiq; Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis* Marc. Vlt. eaq; fides *in nos confirmata eſt, conteſtante Deo ſignis, & portentis*, Hebr. 2. Deniq; in Chriſti Eccleſia, per ſingulas ætates miracula ſemper viſa fuere, vt oſtendit Bellarm. de Notis Ecc. Cap. 14.

Fœcunda eſt Fides noſtra tot miraculis, vt ſuperfluere quodammodo videantur; ideoque rectè dixit D. Aug. *Quiſquis adhuc prodigia vt credat, inquirit,*

Lib. 22. de Ciuit. Dei, c. 2

Digitized by Google

quirit, magnum eſt ipſe prodigium, qui mundo credente non credit. Benè Riccardus de S. Vict. lib. 1. cap. 2. de Trinit. *Domine ſi error eſt quod credimus, à te decepti ſumus. Iſta enim in nobis ijs ſignis & prodigijs confirmata ſunt, quæ non niſi à te fieri potuerunt*.

Quin & miracula ſemper in Eccleſia perennare voluit Deus, nec vnquam deficere, quæ magno numero collegit in tertio ſuorum Thaumaſiorum tomo ſapientiſſimus P. Silueſter Petraſancta, Vir de fide catholica optimè meritus, meiq; amiciſſimus.

Horum aliqua, & precipua prædictus Pater examinanda propoſuit Philoſophorum huius ęui Anteſignano, *Fortunio Liceto*, qui penè totam exſeruit philoſophiam; adeoque omnibus pertentatis naturæ arcanis, humano ingenio noſcibilibus, nihil in his inuenire potuit, quod naturæ poteſtati referri poſſet, ſed ſoli *Deo Omnipotenti*.

Doleo iſthæc Fortunij reſponſa, non fuiſſe addita tertio illi Tomo & poſthumo, quemadmodum optauerat Vir doctiſſimus, & quod ſe facturum ad calcem operis clariſſimè pollicetur; ſi poſthac edentur Thaumaſiorum libri (quod ſpero, & voueo) moneo vt *Fortunij* reſponſa his addantur; vt videant *Sectarij* videant *Athei*, quibus *Signis*, nitatur fides noſtra; Colligantque in ijs Signis *Dei digitum* hæc mira efficientem, præſentiſſimè adeſſe; fruſtraque conari philoſophiam, in his operibus naturæ vim, & poteſtatem rimari.

Interim lectorem mitto ad *lib. 2. de Quæſitis* à Claris viris Cl. Fortunij Liceti, in quo *Reſponſa* eiuſd. inuenientur, ad *interrogationes* Cl. Petraſanctæ. Liber horum Quæſitorum eſt editus *Vtini*, Anno 1646. videant *Hæretici*, videant *Athei*, & reſipiſcant.

§. V.

NOTANTVR QVIDAM MEDICI, ET ARGVVNTVR.

MAgorum impiorum dicta Agrippæ, Paracelſi, & ſimilium non hic moror, qui de ipſo DEO, de Chriſto, adeoque de miraculis perperam ſentiunt; nec mirum, quæ enim *conuentio Chriſti ad Belial?* 2. Cor. cap. 6.

Aiunt nefarij, vim effectricem miraculorum, ad peculiare hominum temperamentum eſſe referendam: hinc pendere miracula, hinc fluere; vtque magis prodant impietatem, vi huius temperamenti aiunt Chriſtum Dominum patraſſe miracula, quæ de ipſo narrantur in Euangelijs.

Adhuc impudentiùs ait Theophraſt. Paracelſus, morbos omnes, quos Chriſtus diſpulit, ſuapte natura fuiſſe ſanabiles. O nequam! an ſanabilem putas mortuum quatriduanum iàm putrem, & qui olebat grauiùs, momentò ab inferis reuocatum, Ioan. c. tribus dumtaxat verbis *Lazare veni foras?* 11.

An cæcum à natiuitate, viſionem & oculos pri- Ioann. Cap. 9.
mum

mum accepiſſe? Sed ſinamus iſtos Magos, qui ſalis modium cum Diabolo comederunt.

Tantum doleo, quoſdam Medicos & Chriſticolas, hac opinandi intemperie afflatos fuiſſe, inter quos numerantur *Gentilis*, *Petrus Aponenſis*, *Conciliator dictus*, *Thomas Garbenſis*, & alij quos in

Lib. 2. *de rect. in Deũ fide cap.* 7.

præclaro opere, *de recta in Deum fide* Michael Medina ſolidiſſimè confutauit; ſtrictimq; in eos agit Martinus Delrio Magic. diſquiſitionibus.

Lib. 1. *cap.* 3. *quæſt.* 2.

V. Medin. loc. cit.

Sunt etiam alij, qui *Magiæ* miracula tribuunt, alij qui *imaginationi*, inter quos Pomponatius primas tenet. Parco *Auicennæ*, quia ethnicus fuit, quos pariter idem Medina pleniſſimè cõfutat. Nolo actum agere, nec mea intereſt pro inſtituti ratione, qui breuis eſſe volo.

Hos potius inſaniſſe dixerim. *Nulla certè cogitari maior poteſt inſania, quàm vt factum aliquod ſuprà naturam, naturæ viribus putes*, vt rectè Mirandulanus ſcribit lib. 4. contrà Aſtrologos, cap. 14. & profectò *inſolentiſſimæ inſaniæ eſt diſputare contrà id quod vniuerſa Eccleſia* recipit, vt D. Auguſt. ſcribit Epi. 118. Ipſa quoq; miracula minora Chriſti Dom. *qualia erant ſanitates, & ſimilia, quamuis forſam rerum naturalium applicatione, quantum ad ſubſtantiam potuiſſent præſtari, ex ipſa tamen operandi ratione, non vllius magiæ patrocinio, nec artis vlla ope, ſed prorsùs diuinitùs edita fuiſſe, ipſa ratio demonſtrat*, vt ſapienter dixit Medina.

Lib. 2. *de rect. in Deũ fid. Cap.* 7. *pag.* 62.

Inſanijt profectò *Gentilis*, qui *raptum Eliæ* in

curru igneo per aera volitantis, eius tribuit ignito temperamento, vti refert Conciliator diff. 20. quod de Chriſto quoq; dicit, cum calcauit maria.

Inſanijt *Cardanus*, qui Reges *Francorum*, ex *longo eſu* aromatum, vim ſanandi ſtrumas accepiſſe ait. V. Brodæum, & Martinum Delrio. *Lib. 8. Miſcell. Cap. 10. Lib. 1. diſq. Mag. cap. 3. q. 4.*

Inſanijt *Pomponatius*, qui poteſtatem edendi miracula tribuit vehementi imaginationi. Et hic dum miracula propugnare fingit, ea magis ſemper infringit. ò nequam!

Sed, an non hi quoq; impij fuere? quid ni? Cardanus certè vt dubiæ fidei notatus pridem à *Carpentario*, & à P. *Stephano Bubalo* inſigni Societatis Theologo. De Pomponatio idem Bubalus hanc cenſuram protulit, *vbique*, ait, *in toto illo opere ſpiritus Sancti diuina effata proculcare viſus eſt; quid aliud expectare ab Eccleſia poſſet, quam vt atramento à principio ad finem ſuper inducto, omnes eius paginæ, cunctæq; in omnem poſteritatem deleantur.* Nec abſimilem cenſuram de Cardano poſteà tulit loc. cit. §. 9. *In p. p. V. T h. 9.50 ar: 1. quæſt. 2. diffic. 2. §. 8.*

Sic quoq; de alijs dici poteſt, quibus dumtaxat cordi fuit philoſophari *ſecundum elementa huius mundi*, non ſecundum Chriſtum, vt ſcribit Apoſtol. 2. ad Coloſ. ideoq; *Diuinam potentiam*, vt rectè ſcribit D. Ambroſ. *intrà propriæ ſcientiæ cancellos coarctant*, neſcientes, vel neſcire volentes, quòd in his rebus admirandis *tota ratio facti, eſt potentia facientis*, vt pulchrè S. Auguſt. in *Epiſt. ad Voluſianũ*. *In Cõm.*

§. VI.

§. VI.

NOTANTVR ALII QVIDAM MEDICI.

Eph. 4. 18.

QV I tenebris habent obſcuratum intellectum, ab vno in alium errorem facilè dilabuntur; ità medici illi, qui de miraculis adeò perperam ſenſerunt, dixerũt etiam nullos dari dæmones, quod in primis fecit *Hieronym.* Cardan.,& ex parte *Pomponatius*.

Card. lib. 16 de rer. var. cap. 93. Pomp. l. de Incant. Cõ. lec. 30 in Probl. Ariſt. Leuin. l. 2. de occult. nat. mirac. cap. 2.

Alij dixerunt, nullos dari Arreptitios homines, quemadmodum faciunt Conciliator, & Leuinus Lemnius. Aiunt iſti Energumenos, ſiuè loquantur ignotis & exoticis linguis, ſiuè alia admiranda efficiant, non à latitante Spiritu moueri, ſed ab humore melancholico iſthæc fieri, à quo humore excitentur ſpecies Animabus olim inſitæ.

Hęc omnia impie, & inſcienter dicta ſunt. Enim verò contra hos clamant vbiq; Diuina Biblia, in quibus ſæpè de Angelis tam bonis, quam malis fit mentio; clamat Philoſophia, quod optimè oſtendit præ alijs P. Steph. Bubalus tr. de Ang. in 1. p. D. Th. q. 52. a. 1. quæſit. 2. diffic. 2. per multos Paragraphos, ſed potiſſimum §. 8.; ideòq; dum hi ſola philoſophia duce, iſthæc aſſerunt, philoſophiam potiùs dediſcunt, nec tàm philoſophi, quam friuophili audiunt. Nec recurrere iuuat ad ſpecies inſitas animabus, quæ fuit opinio Platonis in Timæo, Origenis, & quorumdam Rabbinorum, vti ref-

referunt Conimbricenſes; quam poſteà ſecutus eſt Leuinus Lemnius; non inquam iuuat; tùm quia hæc opinio damnata eſt ab Eccleſia, tùm quia eam arguit philoſophia, arguit Ariſtoteles lib. 3. de An. t. 14. à quo dicuntur Animæ eſſe tanquam *tabulæ raſæ*, qui etiam de intellectu dixit *eſſe poteſtate omnia*, & *omnia fieri*, de qua re idem Bubalus agit. Ego nolo actum agere. V. D. Thom. 1. *p. q.* 90. *a.* 4. *&* Greg. de Valent. 1. p. diſp. 6. q. 8. puncto 2. *Lib. 2. de An. cap. 1. q. 3. art. 2. Lib. 3. De occ. nat. mirac. c. 2. t. 17. 18.*

Mala quoq; inferri à dæmone clamant perindè Diuina Biblia; ſuppetuntq; exempla in Iob. cap. 2. in Matth. cap. 9. in Marco cap. 7. in Luc. cap. 8. 9. & rurſum cap. 13. vbi dæmon malum infligens vocatur *Spiritus infirmitatis*, quod puto eſſe notãdum. Imò dixit D. Auguſtin. dolores Corporis plerumq; à dæmone fieri. *In Pſal. 130.*

Et quidni inducat morbos, qui etiã tractu temporis inducere poteſt ſanitatem? de ſanitate quidem ſubdubitat Origenes: attamen non video, cur non poſſit mouendo humores de loco in locum, per motum localem ſanitatem inducere, id viſum in metaſtaſi frequenter, ob ſolam humoris translationem vi naturæ concitam, ſeù depoſitionem, obſeruatque Galenus pluribus in locis, & antè ipſum Hippocr. de qua re videndus Steph. Caſtrenſis Magiſter meus, in præclaro opere, cui titulus, *Quæ ex quibus*; patetque præcipue in caſu Herophontis in Epidem. Quidni etiam tollere poſſit intemperiem tractu perinde temporis, per applicationẽ *acti-* *Lib. 8. Contr. Celſum.*

uorum

norum ad paſſiua; quandò potuit aliquandò virgas ligneas,in ſerpentes viuos tranſmutare coram Pharaone,iuſtà ſententiam D.Auguſtini lib.3.de Trin. cap.7.& 8.& D.Thomæ qæſt..6.de potentia art.5. ad 8.?.

Equidem non accipio quod olim ſcripſit *Mayronus* in 2.diſt.2.q.7. poſſe dæmonem, ſeu Intelligentiam Animas corporibus reunire;hoc enim excedit eius vim & facultatem; attamen aliquas ſanitates inferre poſſe, eo modo quo dixi, non videtur negandum. Et ſi ſanitatem infert, quantò magis morbos efficere poterit, qui fiunt ex *ſingulis defectibus*, cùm ipſa ſanitas *ex integra cauſa* procedat, multoq; difficiliùs ſit inducibilis? Hoc etiā dictum ſit contrà Medicos vetuſtos Hippocratem & Auicennam,qui negant dæmones morbos inferre.

Lib. de Sacr. morb.

Fen. 1. cap. 4.

Scio quid dicunt; ſcilicet purgato humore melancholico, hæc miranda ceſſare, quod viſis exemplis aſſerunt Conciliator,Cardanus,Leuinus Lemnius, loc. cit. ſatis opinor, leuiter.

Nam eſto ità ſit; gaudet dæmon humore melancholico, & huiuſmodi ſordibus; nec ſemper ità fit, imò exhibitis pharmacis, plerumq; ferociùs inſilit demon.Placet diſtinctio ſapientiſſimi Fran. Valleſij cap. 28. cit. de Sacr. philoſoph., quem ſequitur Gulielmus Ader,de ægr.& morb.Euang. Enarrat. 4.; nam vel dæmon per ſe mala inducit, vel cauſis internis vtitur,puta humoribus: ad mala quæ per ſe facit, ſoli valent Eccleſ. exorciſmi & adiurationes;

quæ

Digitized by Google

quæ per internas cauſas mala excitat, medicinæ quoq; auxilia proſunt, quæ doctrina eſt præcipuè notanda. Ego nolo amplius cum his diſputare. Tātum hic referre iuuat quod ex M.S. doctiſſimi *Horatij Augenij* Medici, & Philoſophi eximij, quæ apud me extant, quæque ſua manu exarauit Cl. *Ioan. Maria Riccius* eius auditor, Medicus, & philoſophus ex noſtris Doctiſſimus, iàm hic ſubijcio. Audiatur Augenius Cap. de Melanch. *Extitit* inquit, *Bononiæ inſignis philoſophus* (ad marginem inſinuat Riccius fuiſſe Buccaferreū) *qui incredulus, poſt lectionē publicam diſcipulos omnes inuitauit ad inuiſendū hominē, vt ille dicebat melancholicū, quē falsò ſpiritibus obſeſſum putabāt. Acceſſerunt libēter diſcipuli omnes, inter quos vnus eram, illicò atq; acceſſimus coram homine ruſtico ſpiritū habente mutum, cæpit alta voce exclamare, en accedit ad me philoſophus homo nequam, mox verò petijt philoſophum præſente Archiepiſcopo Campeggio, quid me eſſe putas? reſpondente philoſopho, humorem melancholicum, riſit ille, & ſimul deriſit hominem, an dicens melancholicus humor tecum diſputabit, an latinè loquetur? tandem ſecreta quamplura philoſophi illius patefecit immundus ille ſpiritus, ita vt coactus fuerit philoſophus ille diſcedere à corona præſtantiſſimorum hominum.*

In praxi medica M.S.

Diabolus ipſe per fi[illegible] Philoſophi conuincit.

Dabunt allij Medici, & præclariſſimi, Areptitiorum exempla; eoſq; ſuo ſuffragio confirmabunt. De quibus videndi Fernelius lib. 2. de abd. rerum cauſ. cap.

Digitized by Google

cap. 16. Andr. Cæſalpin. de inueſtig. dæmonum, Baptiſta Codronchus lib. 2. de veneſ. Cap. 8. & lib. 3. cap. 9. Franciſc. Valleſ. cap. 28. de Sacr. philoſoph. De alijs videndi Carpentarius digreſſ. 4. in Alcinoū, Martin. Delrio lib. 3. diſq. Mag. p. 1. q. 4. ſect. 5. & 7. P. Tiræus, diſp. de Dæmoniac. Torreblanca lib. 1. de Mag. operat. cap. 40. Steph. Bubal. loc. antè cit. §. VIII.

His ego accenſeo quæ vidi exēpla, & mecū plurimi in Noſoch. Incurab. in duob. Arreptitijs Viro & muliere analphabetis, qui linguas ignotas & exoticas intelligebant, de quibus aliàs memini in edito opere; præterea aliam noui in eodem Noſochomio, quæ ciente dæmone vomitum, multō labore fruſtula quædam ex panno albo arctè compacto, per os emiſit, quæ parui cammari ſpeciem repreſentabant, & mæandris capillorum circumligata, aſpectu horrida, quorum duo adhuc extant ſolida nec fluentia. Et hæc mira contigerunt ad inuocationem Card. Bell. & ad eius imaginem, & lipſana, coram illis expoſita.

In Anaſtaſi.

Vt hinc appareat, non eſſe ſemper referendum ad dæmon. præſtigias (quod facit Grillandus) ſi quandò ab ore, alijſq; partibus arreptitiorum res admirandæ emanēt, quales ſunt claui, acus, cultri, ligna, ſaxa, oſſa, aliaq; huiuſmodi, etiā viuētia; quāquā n. res illę ſolidæ, breui tēpore aliquando diſpareant, nec diù ſubſiſtant, quod concedendum Grillando; non tamen ſemper ità fit, ſed vt rectè Vuierus, ſer-

Tr. de Sort. c. 3.

lib. 4. de præſtig. c. p. 2. & de lamijs.

theandrica h. e. diuine humana opera, vti docet Card. Bellarminus, nimirum ab eius humanitate ſimul & Diuinitate prodeuntia. Porrò Chriſtus Dominus varijs modis, & inſtrumentis vſus fuit in patrandis miraculis, quod idem Bellarminus ſcriptum reliquit his verbis; *nam aliquando*, ait, *ſola voluntate operabatur miracula, vt cum aquam in vinum conuertit; aliquando voluntate, & verbo, vt cum Lazarum excitauit; aliquando voluntate, verbo, & contactu, vt cum excitauit puellam mortuam; aliquandò voluntate, verbo, contactu, & alio inſtrumento, vt ſputo, vt cum cæcum illumiuauit, & alibi ſurdum & mutum curauit*. Addit poſteà Sapiētiſſimus Vir. *In his omnibus nihil erat inutile, & ſuperfluum, quia omnia operabantur, neq; maiorem effectum producebant omnia ſimul, quã vnum. Non enim meliùs reuixit puella, quam Lazarus, etiam ſi illam & voce appellauit, & manu apprehendit, Lazarum autem ſolum vocauit*. Hactenus Card. Bellarminus.

Lib. 5. de Christo cap. 7.

Libr. 4. de Sacr. c. 27.

Porrò ſi quid à dæmone fit, eiuſq; Magis, vel illuſoriè fit, vel miraculi apparentiam tantum habet, in quo edendo nulla ei poteſtas ineſt, etiam in his, quæ ſunt minoris dignitatis; nec dici poteſt *ſemimiracula* ab eo patrari poſſe, quod malè excidit Franciſc. Cardinali Toleto, reprehenſo ideò à Martino Delrio, & Theophilo Raynaudo in Theolog. Natur.

Libr. 2. diſqiſ. Mag. q. 7

Nec ipſi vnquam hæretici miracula patrarunt, quia

quia à fide defecerunt; ideóque in omnibus ſignis ſemper deficiunt, ne dum *in* 3.° *ſigno*. Habent Heretici manus truncas, & paralyſi laborant. Si aliquandò miracula edere conati ſunt, carò eis conſtitit, triſtiaq; exempla dedere tum Lutherus, tum Caluinus, de quibus lege Bellarminum, & alios. Quid mirum, ſi ſunt oſores miraculorum? Ipſi de viuis mortuos faciunt, vt graphicè loquitur Tertull. *Apoſtoli* inquit, *de mortuis viuos faciebant, iſti de viuis mortuos faciunt*. Vt verbo dicam, ne muſcam quidem excitare valent. Quàm pulchrè D. Auguſtinus dixit, retineri ſe in Eccleſia *vinculis miraculorum*? & ſanè qui huiuſmodi *vinculis* in Eccleſia, & vera fide non retinentur; alijs profectò *vinculis* detinendi ſunt, tanquam ſtulti & phanatici.

Exod. cap.8.

De not. Eccleſ. cap.14.

Libr de preſcript cap.30.

Libr. de Vtilit. Creden. cap. 17. & libr. cont. Ep. fund. c. 4

§. IV.

MOS DEI IN PLANTANDA FIDE.

EX quo Deus Fidem plantauit in Mundum, miraculis ſemper vſus fuit, tanquam teſtibus eius veritatis, quam nobis credendam propoſuit, adeòq; fidem in infantia miraculis fouit, adultam miraculis auxit, ſuperadultam miraculis confirmauit. His anteridibus fides noſtra fulcitur; ſunt enimuerò miracula tanquam *vox Dei*, clamantis ità eſſe, quemadmodum fides ipſa docet.

Hinc lex Moſi data in Monte Sinai, reboantibus

Digitized by Google

bus tonitruis, micantibus vndiq; flammis, tubæq; clangore validè perſonante; quo tempore populus exterritus *videbat voces & lampades & ſonitum buccinæ montemq; fumantem: & perterriti ac pauore concuſſi, ſteterunt procul.* Lex deindè reſtituta fuit per *Ioſiam* pientiſsimum Regem, præmiſſis miraculis, quæ legis penè amiſſæ reſtitutionem ſignificarunt. Deinceps verò conſecuta ſunt innumera Eliæ, Eliſei, Iſaiæ, Ionæ atq; aliorum miracula.

Exod. c. 20.

3. Reg. cap. 13.

Cũ verò apparuit Chriſtus Deus & homo; eiuſq; tùm Diuinitas, & diuina lex probari debuerunt, ingentibus & planè innumerabilibus miraculis aſſertę fuere, quibus vbiq; Euangelia reſonant. Satis eſt dicere, quod *omnes malè habentes* ſanauit Chriſtus D. Matt. 8., in quẽ locum ſapiẽter D. Chriſoſtomus ſic exclamat: *Intende quantam multitudinem curatam tranſcurrunt Euangeliſtæ, non vnumquemq; curatum enarrantes, ſed vno verbo pelagus ineffabile miraculorum inducentes.*

Deindè verò Apoſtoli fidem à Chriſto Domino habitã *prædicauerunt, vbiq; Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis* Marc. Vlt. eaq; fides *in nos confirmata eſt, conteſtante Deo ſignis, & portentis*, Hebr. 2. Deniq; in Chriſti Eccleſia, per ſingulas ætates miracula ſemper viſa fuere, vt oſtendit Bellarm. de Notis Ecc. Cap. 14.

Fœcunda eſt Fides noſtra tot miraculis, vt ſuperfluere quodammodo videantur; ideoque rectè dixit D. Aug. *Quiſquis adhuc prodigia vt credat, inquirit,*

Lib. 22. de Ciuit. Dei, c. 2

Digitized by Google

quirit, magnum eſt ipſe prodigium, qui mundo credente non credit. Benè Riccardus de S. Vict. lib. 1. cap. 2. de Trinit. *Domine ſi error eſt quod credimus, à te decepti ſumus. Iſta enim in nobis ijs ſignis & prodigijs confirmata ſunt, quæ non niſi à te fieri potuerunt*.

Quin & miracula ſemper in Eccleſia perennare voluit Deus, nec vnquam deficere, quæ magno numero collegit in tertio ſuorum Thaumaſiorum tomo ſapientiſſimus P. Silueſter Petraſancta, Vir de fide catholica optimè meritus, meiq; amiciſſimus.

Horum aliqua, & precipua prædictus Pater examinanda propoſuit Philoſophorum huius ęui Anteſignano, *Fortunio Liceto*, qui penè totam exſeruit philoſophiam; adeoque omnibus pertentatis naturæ arcanis, humano ingenio noſcibilibus, nihil in his inuenire potuit, quod naturæ poteſtati referri poſſet, ſed ſoli *Deo Omnipotenti*.

Doleo iſthæc Fortunij reſponſa, non fuiſſe addita tertio illi Tomo & poſthumo, quemadmodum optauerat Vir doctiſſimus, & quod ſe facturum ad calcem operis clariſſimè pollicetur; ſi poſthac edentur Thaumaſiorum libri (quod ſpero, & voueo) moneo vt *Fortunij* reſponſa his addantur; vt videant *Sectarij* videant *Athei*, quibus *Signis*, nitatur fides noſtra; Colligantque in ijs Signis *Dei digitum* hæc mira efficientem, præſentiſſimè adeſſe; fruſtraque conari philoſophiam, in his operibus naturæ vim, & poteſtatem rimari.

Digitized by Google

Interim lectorem mitto ad *lib. 2. de Quæſitis* à Clariſs viris Cl. Fortunij Liceti, in quo *Reſponſa* eiuſd. inuenientur, ad *interrogationes* Cl. Petraſanctæ. Liber horum Quæſitorum eſt editus *Vtini*, Anno 1646. videant *Hæretici*, videant *Athei*, & reſipiſcant.

§. V.

NOTANTVR QVIDAM MEDICI, ET ARGVVNTVR.

MAgorum impiorum dicta Agrippæ, Paracelſi, & ſimilium non hic moror, qui de ipſo DEO, de Chriſto, adeoque de miraculis perperam ſentiunt; nec mirum, quæ enim *conuentio Chriſti ad Belial?* *2. Cor. cap. 6.*

Aiunt nefarij, vim effectricem miraculorum, ad peculiare hominum temperamentum eſſe referendam: hinc pendere miracula, hinc fluere; vtque magis prodant impietatem, vi huius temperamenti aiunt Chriſtum Dominum patraſſe miracula, quæ de ipſo narrantur in Euangelijs.

Adhuc impudentiùs ait Theophraſt. Paracelſus, morbos omnes, quos Chriſtus diſpulit, ſuapte natura fuiſſe ſanabiles. O nequam! an ſanabilem putas mortuum quatriduanum iàm putrem, & qui olebat grauiùs, momentò ab inferis reuocatum, *Ioan. c. 11.* tribus dumtaxat verbis *Lazare veni foras?*

An cæcum à natiuitate, viſionem & oculos pri- *Ioann. Cap. 9.*
mum

mum accepiſſe? Sed ſinamus iſtos Magos, qui ſalis modium cum Diabolo comederunt.

Tantum doleo, quoſdam Medicos & Chriſticolas, hac opinandi intemperie afflatos fuiſſe, inter quos numerantur *Gentilis*, *Petrus Aponenſis*, *Conciliator dictus*, *Thomas Garbenſis*, & alij quos in præclaro opere, *de recta in Deum fide* Michael Medina ſolidiſſimè confutauit; ſtrictimq; in eos agit Martinus Delrio Magic. diſquiſitionibus.

Lib. 2. de rect. in Deũ fide cap. 7.

Sunt etiam alij, qui *Magiæ* miracula tribuunt, alij qui *imaginationi*, inter quos Pomponatius primas tenet. Parco *Auicennæ*, quia ethnicus fuit, quos pariter idem Medina pleniſſimè cõfutat. Nolo actum agere, nec mea intereſt pro inſtituti ratione, qui breuis eſſe volo.

Lib. 1. cap. 3. quæſt. 2.

V. Medin. loc. cit.

Hos potius inſaniſſe dixerim. *Nulla certè cogitari maior poteſt inſania, quàm vt factum aliquod ſuprà naturam, naturæ viribus putes*, vt rectè Mirandulanus ſcribit lib. 4. contrà Aſtrologos, cap. 14. & profectò *inſolentiſſimæ inſaniæ eſt diſputare contrà id quod vniuerſa Eccleſia* recipit, vt D. Auguſt. ſcribit Epi. 118. Ipſa quoq; miracula minora Chriſti Dom. *qualia erant ſanitates, & ſimilia, quamuis forſam rerum naturalium applicatione, quantum ad ſubſtantiam potuiſſent præſtari, ex ipſa tamen operandi ratione, non vllius magiæ patrocinio, nec artis vlla ope, ſed prorsùs diuinitùs edita fuiſſe, ipſa ratio demonſtrat*, vt ſapienter dixit Medina.

Lib. 2. de rect. in Deũ fid. Cap. 7. pag. 62.

Inſanijt profectò *Gentilis*, qui *raptum Eliæ* in

Digitized by Google

curru igneo per aera volitantis, eius tribuit ignito temperamento, vti refert Conciliator diff. 20. quod de Chriſto quoq; dicit, cum calcauit maria.

Inſanijt *Cardanus*, qui Reges *Francorum*, ex *longo eſu* aromatum, vim ſanandi ſtrumas accepiſſe ait. V. Brodæum, & Martinum Delrio. *Lib. 8. Miſcell. Cap. 10. Lib. 1. diſq. Mag. cap. 3. q. 4.*

Inſanijt *Pomponatius*, qui poteſtatem edendi miracula tribuit vehementi imaginationi. Et hic dum miracula propugnare fingit, ea magis ſemper infringit. ò nequam!

Sed, an non hi quoq; impij fuere? quid ni? Cardanus certè vt dubiæ fidei notatus pridem à *Carpentario*, & à P. *Stephano Bubalo* inſigni Societatis Theologo. De Pomponatio idem Bubalus hanc cenſuram protulit, *vbique*, ait, *in toto illo opere ſpiritus Sancti diuina effata proculcare viſus eſt; quid aliud expectare ab Eccleſia poſſet, quam vt atramento à principio ad finem ſuper inducto, omnes eius paginæ, cunctæq; in omnem poſteritatem deleantur.* Nec abſimilem cenſuram de Cardano poſteà tulit loc. cit. §. 9. *In p. p. V. Th. 9. 50 ar: 1. quæſt. 2. diffic. 2. §. 8.*

Sic quoq; de alijs dici poteſt, quibus dumtaxat cordi fuit philoſophari *ſecundum elementa huius mundi*, non ſecundum Chriſtum, vt ſcribit Apoſtol. 2. ad Coloſ. ideoq; *Diuinam potentiam*, vt rectè ſcribit D. Ambroſ. *intrà propriæ ſcientiæ cancellos coarctant*, neſcientes, vel neſcire volentes, quòd in his rebus admirandis *tota ratio facti, eſt potentia facientis*, vt pulchrè S. Auguſt. in *Epiſt. ad Voluſianũ.* *In Cõm.*

§. VI.

Digitized by Google

§. VI.

NOTANTVR ALII QVIDAM MEDICI.

Eph. 4. 18. QVI tenebris habent obſcuratum intellectum, ab vno in alium errorem facilè dilabuntur; ità medici illi, qui de miraculis adeò perperam ſenſerunt, dixerũt etiam nullos dari dæmones, quod in primis fecit *Hieronym.* Cardan., & ex parte *Pomponatius*.

Card. lib. 16 de rer. var. cap. 93. Pomp. l. de Incant. Cõ. lec. 30 in Probl. Ariſt. Leuin. l. 2. de occult. nat. mirac. cap. 2.

Alij dixerunt, nullos dari Arreptitios homines, quemadmodum faciunt Conciliator, & Leuinus Lemnius. Aiunt iſti Energumenos, ſiuè loquantur ignotis & exoticis linguis, ſiuè alia admiranda efficiant, non à latitante Spiritu moueri, ſed ab humore melancholico iſthæc fieri, à quo humore excitentur ſpecies Animabus olim inſitæ.

Hęc omnia impie, & inſcienter dicta ſunt. Enimverò contra hos clamant vbiq; Diuina Biblia, in quibus ſæpè de Angelis tam bonis, quam malis fit mentio; clamat Philoſophia, quod optimè oſtendit præ alijs P. Steph. Bubalus tr. de Ang. in 1. p. D. Th. q. 52. a. 1. quæſit. 2. diffic. 2. per multos Paragraphos, ſed potiſſimum §. 8.; ideòq; dum hi ſola philoſophia duce, iſthæc aſſerunt, philoſophiam potiùs dediſcunt, nec tàm philoſophi, quam friuophili audiunt. Nec recurrere iuuat ad ſpecies inſitas animabus, quæ fuit opinio Platonis in Timæo, Origenis, & quorumdam Rabbinorum, vti

ref-

Digitized by Google

referunt Conimbricenſes; quam poſteà ſecutus eſt Leuinus Lemnius; non inquam iuuat; tùm quia hæc opinio damnata eſt ab Eccleſia, tùm quia eam arguit philoſophia, arguit Ariſtoteles lib. 3. de An. t. 14. à quo dicuntur Animæ eſſe tanquam *tabulæ raſæ*, qui etiam de intellectu dixit *eſſe poteſtate omnia*, & *omnia fieri*, de qua re idem Bubalus agit. Ego nolo actum agere. V. D. Thom. 1. *p. q.* 90. *a.* 4. *&* Greg. de Valent. 1. p. diſp. 6. q. 8. puncto 2. *Lib. 2. de An. cap. 1. q. 3. art. 2.* *Lib. 3. De occ. nat. mirac. c. 2. t. 17. 18.*

Mala quoq; inferri à dæmone clamant perindè Diuina Biblia; ſuppetuntq; exempla in Iob. cap. 2. in Matth. cap. 9. in Marco cap. 7. in Luc. cap. 8. 9. & rurſum cap. 13. vbi dæmon malum infligens vocatur *Spiritus infirmitatis*, quod puto eſſe notãdum. Imò dixit D. Auguſtin. dolores Corporis plerumq; à dæmone fieri. *In Pſal. 130.*

Et quidni inducat morbos, qui etiã tractu temporis inducere poteſt ſanitatem? de ſanitate quidem ſubdubitat Origenes: attamen non video, cur non poſſit mouendo humores de loco in locum, per motum localem ſanitatem inducere, id viſum in metaſtaſi frequenter, ob ſolam humoris translationem vi naturæ concitam, ſeù depoſitionem, obſeruatque Galenus pluribus in locis, & antè ipſum Hippocr. de qua re videndus Steph. Caſtrenſis Magiſter meus, in præclaro opere, cui titulus, *Quæ ex quibus*; patetque præcipue in caſu Herophontis in Epidem. Quidni etiam tollere poſſit intemperiem tractu perinde temporis, per applicationẽ *acti-* *Lib. 8. Contr. Celſum.*

uorum

Digitized by Google

uorum ad paſſiua; quandò potuit aliquandò virgas ligneas,in ſerpentes viuos tranſmutare coram Pharaone,iuſtà ſententiam D.Auguſtini lib.3.de Trin. cap.7.& 8.& D.Thomæ qæſt..6.de potentia art.5. ad 8.?.

Equidem non accipio quod olim ſcripſit *Mayronus* in 2.diſt.2.q.7. poſſe dæmonem, ſeu Intelligentiam Animas corporibus reunire;hoc enim excedit eius vim & facultatem; attamen aliquas ſanitates inferre poſſe, eo modo quo dixi, non videtur negandum. Et ſi ſanitatem infert, quantò magis morbos efficere poterit, qui fiunt ex *ſingulis defectibus*, cùm ipſa ſanitas *ex integra cauſa* procedat, multoq; difficiliùs ſit inducibilis ? Hoc etiã dictum ſit contrà Medicos vetuſtos Hippocratem & Auicennam,qui negant dæmones morbos inferre.

Lib. de Sacr. morb.

Fen. 1. cap. 4.

Scio quid dicunt; ſcilicet purgato humore melancholico, hæc miranda ceſſare, quod viſis exemplis aſſerunt Conciliator,Cardanus,Leuinus Lemnius, loc. cit. ſatis opinor, leuiter.

Nam eſtoità ſit; gaudet dæmon humore melancholico, & huiuſmodi ſordibus; nec ſemper ità fit, imò exhibitis pharmacis, plerumq; ferociùs inſilit dęmon.Placet diſtinctio ſapientiſſimi Fran. Valleſij cap. 28. cit. de Sacr. philoſoph., quem ſequitur Gulielmus Ader,de ægr.& morb.Euang. Enarrat. 4.; nam vel dæmon per ſe mala inducit, vel cauſis internis vtitur,puta humoribus: ad mala quæ per ſe facit, ſoli valent Eccleſ. exorciſmi & adiurationes;

Digitized by Google

cap. 16. Andr. Cæſalpin. de inueſtig. dæmonum, Baptiſta Codronchus lib. 2. de venef. Cap. 8. & lib. 3. cap. 9. Franciſc. Valleſ. cap. 28. de Sacr. philoſoph. De alijs videndi Carpentarius digreſſ. 4. in Alcinoũ, Martin. Delrio lib. 3. diſq. Mag. p. 1. q. 4. ſect. 5. & 7. P. Tiræus, diſp. de Dæmoniac. Torreblanca lib. 1. de Mag. operat. cap. 40. Steph. Bubal. loc. antè cit. §. VIII.

His ego accenſeo quæ vidi exẽpla, & mecũ plurimi in Noſoch. Incurab. in duob. Arreptitijs Viro & muliere analphabetis, qui linguas ignotas & exoticas intelligebant, de quibus aliàs memini in edito opere; prætereà aliam noui in eodem Noſochomio, quæ ciente dæmone vomitum, multo labore fruſtula quædam ex panno albo arctè compacto, per os emiſit, quæ parui cammari ſpeciem repreſentabant, & mæandris capillorum circumligata, aſpectu horrida, quorum duo adhuc extant ſolida nec fluentia. Et hæc mira contigerunt ad inuocationem Card. Bell. & ad eius imaginem, & lipſana, coram illis expoſita.

In Anaſtaſi.

Vt hinc appareat, non eſſe ſemper referendum ad dæmon. præſtigias (quod facit Grillandus) ſi quandò ab ore, alijſq; partibus arreptitiorum res admirandæ emanẽt, quales ſunt claui, acus, cultri, ligna, ſaxa, oſſa, aliaq; huiuſmodi, etiã viuẽtia; quãquã n. res illę ſolidæ, breui tẽpore aliquando diſpareant, nec diù ſubſiſtant, quod concedendum Grillando; non tamen ſemper ità fit, ſed vt rectè Vuierus, ſer-

Tr. de Sort. c. 3.

lib. 4. de præſtig. c. 2. & de lamijs.

uantur quandoq; diù integræ res illæ, quemadmodum ipſemet propria experientia didicit, egoq; in præfatis fruſtulis obſeruaui, quæ tribus ab hinc & ampliùs annis, apud me manent intacta, recondita in ſcrinio. His conſentit Theoph. Raynaudus in Theol. nat. diſt. 4.q.4.a.3. num. 292.

Sed venio ad penſum. Ego medicè diſquiro; Quod ad alios pertinet, diſquirent ipſi.



CASVS

Digitized by Google

Extat per Extenſum in Vita Cardin. Bellar. Italicè ſcripta à P. Iacob. Fuligatto; Titulo, de Gratijs Sanitatum, & Romæ edita, pag. 428 ſecundæ edition.

CASVS primus Monialis, quæ per Annos 30. dolore Capitis laborauerat, fruſtraq; tentatis remedijs & Sanctorum ope implorata, ad inuocationem Ven. Card. Bellarmini, momento temporis ſanatur.

PRofectò ſanatio huius monialis, ſi omnia rectè perpendantur, mirabilis fuit; quia momento ſanata fuit, poſt diutinum Capitis dolorem, tamdiù inolitum, poſt tot fruſtrà tentata remedia, nulla criſi præcedente, neq; abſceſſu aliquo, ſed ſola inuocatione Ven. Viri, eiuſq; lintei ad caput applicatione.

Probabo id medicè, dein philoſophicè, deniq; Theologicè.

Puto dolorem iſtum ad *Cephaleam* pertinuiſſe; indicat id morbi vetuſtas, & dolor 30. annorum; ſiuè continuus fuerit, ſiuè interpolatus, (quanquam ex textu colligo fuiſſe continuum) ſiuè intrà caluariam, ſiuè extrà caluariam. V. Gal. de loc. aff.

3 de loc. aff. cap. 9.

Vtcumq; ſit, neceſſe eſt dicere Intemperiem in Capite fuiſſe, cum ſolutione continui; ab his enim fit dolor, vt centies ait Galenus, & recipiunt omnes. V. Galenum. Et quia longæuus fuit dolor, longa quòq; fuit intemperies, altiuſq; *inolita*; præterea vt fuerit frigida, neceſſe fuerit non ſine affluxu multorum & frigidorum humorum; tàm enim intemperies, quam humores mutuam ſibi opem ferunt, ſuntq; ſibi inuicem cauſæ. Non dicam hecti-

Lib. de inæquali intēp.

Digitized by Google

cam fuiſſe intemperiem; qui enim fieri potuerit tàm diutinus dolor, intemperie æquali exiſtente in Capite? certè inæqualis ſit oportet intemperies, ad dolorem efficiendum, vt pluribus locis docet Galenus, & ratio oſtendit. V. *Iulium Guaſtauinum*, magiſtrum meum in Piſana Accademia. Itaq;non fuit hectica intemperies, qualis *lanarum tinctura* eſſe ſolet, quæ colorem non dimittit ampliùs,quod pro exemplo ponit Galenus, afferens quoq; exemplum de *ligno* non leuiter, ſed valdè exuſto, de quo dici poteſt vt *Cremium* aruiſſe; vel qualis veſtis *dibapha*, quæ eſt bis tincta, ex cocco ſcilicet & purpura ſui coloris retinentiſſima, quod etiam potuiſſet afferre Galenus. V. Galenum in Prorrh. 1. 33. & 2. 17. *Lib. 1. de loc. in Medic. ſelect. cap. 5.*

Satis eſt itaque dicere, quòd fuerit intemperies confirmata, ſiuè per maiorem radicationem in ſubiecto,quòd Thomiſtæ volunt,ſiuè per additionem gradus ad gradum, quod alijs magis placet. V. Suarez. Hanc frigidam eſſe dixi,ſicuti humores ſibi adnatos,& quod etiam puto, *ſiccam*. Et ità neceſſe eſt dicere. Cum enim protrahitur morbus,quanquam à calido incipiat, in frigidum faceſſit, notante id Auicenna his verbis, *AEgritudo cum prolongatur, frigida eſt ſecundum omnem diſpoſitionem &c.* *In Metaph. 12. diſp. 45. ſect. 1. n. 34.* *1. 3. tr. 2. cap. 38. & antè An.*

Prætereà, vt ait Hippocr. morbi frigidi, qui in *ſicco* fundantur, *habent diuturniſſimas ſedes*. Item quia, vt ex Hippocr. habemus lib. 1. de morb. & Gal. lib. 2. Aph. 19. morbi longi fiunt à lentis, craſ- *Hip. 6. Ep. 8. Gal. 2. Aph. 39.*

ſis,

Digitized by Google

ſis, & frigidis humoribus, qui non facilè concoqui poſſunt, & in partibus patientibus ſunt impacti, qui vel atræ bilis, aut pituitæ naturam ſapiunt.

Sed præter iſtos humores, qui morbos diutinos faciunt, nulla eſt potentior cauſa ad hos efficiendos, quàm *diatheſis* partium & intemperies, quam Galenus in fine libr. de diff. febrium, cauſam potiſſimam eſſe relapſuum, & circuituum morborum tradidit; & quanquam humores ſint euicti, foraſque protruſi, nihil tamen efficitur, niſi *diſpoſitio* ipſa penitùs ſublata fuerit; adeòq; non eſt in poteſtate Medici, vt morbos indè natos, fautos, productos & altos tollat, quod graphicè & ſapienter dixit *Gulliel: Ballonius* doctiſſimus Medicus Pariſienſis lib. 1. Conſ. Med. conſ. 106.

Neceſſe quoq; eſt dicere, huiuſmodi intemperiem tàm diutinam, humoreſq; huius indolis non niſi difficillimè tolli potuiſſe, & longo admodum tempore; nàm morbi frigidi & longi difficillimè curantur Hippocr. de loc. in hom. Galen. 2. Aph. 39. & 4. Aph. 44. & ſæpè alibi.

Et hinc eſt quòd ad huiuſmodi Capitis dolores tollēdos, nō leuibus vtūtur Medici præſidijs, ſed longè validiſſimis. ferro & igne vtuntur. Ità *Corn. Celſ.* facit lib. 4. cap. 22. & 23. qui *candēti ferro* vtitur, approbāte *Valleriola* in ſuis enarrationibus; *Iacob. Hollerius* in ſcholijs ſuę praxis, in dolore capitis pertinaci, fotus adhibet, emplaſtra, *Synapiſmos*, *ſalinationē cū Mercurio*, *Cauteria*, & ſimilia. Duretus itē caute-

Lib. 4. enarrat. 8.

Ad praxim Holler.

rijs

rijs vtitur, *terebratione*, *ſi forte*, ait *humor in diploe vel in dura menynge ſtabuletur*; affertq; exemplum hominis *qui per annum acerbiſſimo dolore Capitis laborauit*, *cui terebra caput perfoſſum ad diploem vſq; effuſa indè humoris melliginei copia*, *optata Sanitas aduenit*. His ſubſcribunt Viri doctiſſimi H. Mercur. H. Saxonia, A. Maſſaria, & alij. Nituntur Hip. Aphoriſm. quod ferrum & ignis valent ad ea, quæ alijs medicamentis ſanari non poſſunt. *In ſuis praxibus.*

§. I.

ADMIRANTVR MEDICI.

HIC mirabundi dicent Medici, mirabilem fuiſſe huius monialis ſanationem; cum non habeant ex Hippocr. Galeno, alijſq; probatis Medicis, vndè fieri potuerit hæc tàm cita, & inſtantanea peruicaciſſimi & diutini doloris Sanatio. Aiunt enim ad inſtantaneas, céléreſq; morborum curationes tria neceſſariò requiri, & quòd calor ſit fortis, pars laborans ſit valida, & quòd humor, vndè morbus effluit, neq; multus ſit, neque craſſus. At hic neq; calor fortis fuit ob intemperiem tàm diutinam, & humores frigidos, nec partis robur adfuit, quod in Cephalæa deperditur & flaceſcit, ex Galeno de loc. aff. præſertim in parte tot annis doloribus vexata & laceſſita. Nec humores mites fuerunt cicures, & tractabiles, ſed multi, itemque craſſi, refractarij; in *V. Zacchiam lib. 10. Conſ. 6.* *3. de loc. aff. cap. 9.*

quo

quo caſu, ſi fors aliquandò impetum aliquem natura moliri ſategerit, is non niſi tēporis diuturnitate fieri poteſt, vt centies docuit Galenus, præſertim in lib. de Criſib. & com. 3. in Hippocr. Prognoſt. p. 24.

§. II.

ADMIRANTVR PHILOSOPHI.

HIC quoq; mirabundi erunt Philoſophi, adeòque dicent, quòd nulla intemperies poteſt tolli in inſtanti; vt enim paulatim fit, ità & paulatim tolli debet, præſertim intemperies tam annoſa, & diutiſſimè confirmata, qualis fuit huius Monialis. Nec aliter tolli ea poteſt, ſiuè in contrariam mutetur qualitatem, ſiuè ad mediocritatem reducatur: Cùm enim alteratio ſit motus, non niſi ſucceſſiuè fieri poteſt, vt Ariſt. docet in VI. Phyſic., & Auerr. in Comm. Hinc doctiſſime *P. Ruuio* intulit, ad miraculum referendum eſſe, & ad potentiam Dei abſolutam, ſi fors alteratio fiat in inſtanti; cum non niſi ea in tēpore & per ſucceſſionem fieri poſſit; ratio huius rei eſt multiplex, tùm quia alteratio eſt motus, tùm quia terminatur ad qualitatem, tùm deniq; quia vt noua introducatur qualitas in ſubiecto, vincenda eſt *reſiſtentia prioris, & contrariæ qualitatis*, quæ paulatim vinci debet; nec enim momēto vinci poteſt niſi à ſolo Deo, qui ſolus poteſt momento temporis *totam reſiſtentiam contrarij* vincere.

Lib. 1. de Gener. tract. 3. quæſt. 1. nu 106. 107.

§. III.

§. III.

ADMIRANTVR THEOLOGI.

HIS ritè perpenſis, Theologi dicent, Sanationem huius monialis mirabilem fuiſſe: mirabilis fuit, quia in inſtanti facta, & in *ſubitatione inſperatæ ſalutis* (quę eſt præcipua conditio ad rei mirandę effectionem) quia ad ſolam inuocationem Ven. Viri; quia ſine vlla criſi viſa, & abſceſſu, ſine quibus non poteſt dari celer & momentanea ſanatio; deniq; quia natura & Ars nihil contulit ad tollendam intemperiem morbumq; 30. annorum, & peruicaciam humoris peccantis; quæ omnia ſtatim & momento temporis mirabiliter euanuere. *Sap. cap. 5.*

CASVS Secundus pueruli variolis correpti, cũ prauis, & mortiferis ſymptomatis, qui ad eiuſdem Ven. viri inuocationem, intrà quatuor horas conualeſcit.

Extat in ead. Vita, loc. cit. pag. 424 per extenſum.

NVlla hic patuit rima, ex qua puer iſte exire potuerit, qui tot morbis detinebatur, tot ſymptomontis, vt deinceps dicam. Pendamus febrim, pendamus reliqua vſque ad *momentũ ſtateræ.*

Ponderanda hic febris, quæ fuit acuta, vehemens, & maligna, quod poſteà dicam; & hæc febris ſæpè iungitur variolis, vt notabat *Auenzoar* in fine ſuæ medicinæ.

Digitized by Google

Ponderandus humor, qui peccabat in *quanto*, in *quali*, & in *motu*. Peccabat in quanto, cùm humor febriferus ſufficere potuerit ad variolas concitandas, ad alui fluxum, ad Anginam, ad Apoplexiæ illa rudimenta, aliaſq; capitis adfectiones, quæ poſtmodum euenere.

Peccabat in quali, quia ab *orgaſmo* bacchantis humoris, huc & illuc ferebatur humor, modò ad ima tendens per fluxum Chiloſum, modò in ſublime elatus, hinc alui ille fluxus, hinc tormina ventris, hinc angina, hinc illę capitis adfectiones. Mitto hic dicere de variolis violacei coloris, de cutis rubedine.

Peccabat in motu, quia varijs, & contrarijs ciebatur motibus, vt prędiximus, ſiuè per metaptoſim, ſiuè per epigeneſim.

Iſthæc omnia ſeorſim ſumpta, potuiſſent interficere ægrum, imò & debuiſſent, quid ſi iunctim accipiantur omnia, vti reuera fuerunt?

Sed diſpiciamus magis à cura iſthæc omnia ſingillatim.

Incipio à febri, à qua morborum Ilias proceſſit. Hanc aiunt fuiſſe *ardentiſſimam*, de Tribu ſcilicet earum febriū, quæ plurimum habent ignis, in quibus *ſit maior iactura ſeptem diebus à febre, quàm à calore inſito ſeptuaginta annis*, vt in Coac. Prognoſt. ſcribit Duretus. fuit etiam *maligna* ratione ſymptomatum ſuperuenientiū, quod Galenus notabat in lib. de criſibus. Certè hæc febris ſe ſola potuiſſet

Locus Dureti. notandus, in Coac. p.227.

 inter-

interficere puerum, etiam ſine variolis, alijſq; ſymptomatis, vt benè perpēdit *Mercatus* lib. 7. de febr. cap. 3. Turgens ille humor irrequietus, & malignus quid non mali inferre potuit? imò quid non mali intulit puerulo?

Rubor cutis *ſaturatus*, ingentis febris argumentum fuit, oſtenditque etiam humoris prauitatem; ideoq; *rubores* iſtos ominoſos cenſet Hippocr., tùm in Coacis, tùm in Prorrhet.

Variolę coloris *violacei*, humoris aduſtionem ſignificant, eiuſdemque prauitatem, & malitiam.

Ex quo Auicennas dixit, quod variolæ, quę ſunt virides, & *violaceæ*, ſunt malæ, malæ ſcilicet ob aduſtionem, inquit *Ioannes Herculanus*, & quia à tetro variolarum colore *ſignificatur materiæ venenoſitas*, ait idem. *l. 4. Fen. 2. tr. 4. cap. 6.* *Tract. de febr. ad loc. Auic.*

Certè in iſto puero nihil non triſte fuit, & mortiferum.

Exitialis fuit in eo alui *fluxus*, qui mortem portendit ſæpiſſimè, de qua re Auic. agit. eſt enim fluxus in variolis ſignum recurrentis humoris ad partes intimas, motu planè contrario naturæ motui, ad cutem trudentis humorem, adeoq; *lethali*, vt benè monet Riuerius. pręſtat hic tantillum audire Valleſium recentium Medicorum Coryphæum in Hip. Epid. lib. 1. ſect. 2. *nihil*, ait, *eſt magis obſeruandum, neq; magis rationi conſonum, quàm variolis lethalibus accidere malignas deiectiones, & dyſenterias, reconditis malignis excrementis, & exeuntibus* *Libr. 4. Fen. 2. tract. 4. cap. 6.* *In praxi l. 17. cap. 2.*

per

Digitized by Google

per inteſtina, quæ debent per cutem emergere. Deindè *fluxus ille Chyloſus*, qui in principio apparuit in tàm ſæua febri, quam puer habuit, partium naturalium vim deperditam, victamque præ nimio febris calore exuſtarum ſignificabat. Indè quoq; proceſſiſſe ea ventris tormina, non malè conijcio.

Exitialis fuit *Angina*, malum vtiq; verendum, & calamitoſum in variolis, de quo dixit Auicennas, *Auic. loc. ſup. cit.* *& plurimi eorum qui moriuntur propter variolas, moriuntur præfocati ex ſquinantia*; tunc enim fauces obſidentur variolis, quod eſſe lethale ſignum *C. de Variolis.* ſcripſit *Franc. Ioel*, ſicuti cum pulmones ijs obſidentur, ægri calamitatem ſignificant. de vtroq; af- *de Morbis puer. lib. 1. c. 2.* fectu, *alui* inquã fluxu, & *Angina* audiendus Mercurialis. *Ait Auicennas*, inquit ipſe, *eos qui moriuntur propter variolas, ob duas potiſſimum cauſas perire, vel quia ſtrangulantur Angina, vel propter alui fluxum.*

Exitialis difficilis reſpiratio, nam præter Anginam, cordis, & pulmonis incendium denotabat, & quòd fortaſsè humor prauus in ipſum cor inſilie- *Libr. 4. Fen. 2. ſ tr. 5. c. 6.* rit: Auicen. ait ſignificare *caſum virtutis, aut apoſtema diaphragmatis*, adeòq; dicebat, *cũ videris anhelationem patientis variolas conſequentem*, vel vt ex- *In Cõm.* plicat Herculanus, *valdè frequentem, tunc exiſtima caſum virtutis, aut apoſtema diaphragmatis.* Alij, *Loc. ſup. cit.* vt Riuerius, puſtulas aut apoſtemata in pulmonibus ſignificare aiunt, ex quo bene dixit Sebaſtianus *In cap. de Variolis.* Auſtrius, quòd *anhelitus difficultas peſſimum eſt indicium.*

Digitized by Google

Exitiales fuere motus *conuulſiui*, & *Apoplecti-ci*, qui de poſtremis ſignis mortiferis fuere (fors legendum Epileptici) ob appulſum, ſiuè humoris, ſiue vaporis cerebrum partem principem petentis; Cum enim humor per *metaſtaſim* ad partem principem appellit, malum eſt; tunc enim partes principes uincuntur, & collum iugo ſubmittunt, adeòque *corruit vniuerſum*, quod graphicè dixit *Steph.Caſtrenſis* Magiſter meus in Piſana Accademia; peius eſt, ſi hoc fiat per *epigeneſim*, propagatis humoribus ab inferis ad ſupernas partes. *In libr. quæ ex quibus cap.9.*

In tot morbis, & ſymptomatis, profectò nihil reliquum fuit, quam vt moreretur puer; *vbi enim morbus Corpori præualuit, remedium non habet*, quemadmodū ſcribit Hippocrates in 4. Acut. 24.

§. I.

BREVITAS SANATIONIS EXPENDITVR.

NEC potuit tam breui expediri infantulus ab imminente Morte, & truculentis morbis; primò quia hic nulla præceſſit bona criſis, nulla excretio, quæ morbum ſoluere potuerit: ſed neque fieri ea potuit, deficiente ſcilicet *coctione*, citrà quam impoſſibile eſt vt bona criſis fiat, de qua re videndus Galen.lib.1. de criſ. cap. 8. & 15. & lib. 3. de criſ. cap. 3. debet etiam præceſſiſſe aliqua euacuatio, vel abſceſſus,

quod

Digitized by Google

quod neutiquam hic factum fuit; vide Galenum lib. 3. de criſib. cap. 2.& 1. de dieb. decret. cap. 1. nec non in primum Aphoriſm. 20. potius ea fuerit mala criſis, quæ funera parabat, & interitum. *Quis enim bonam criſim in morbo tam pernicioſo exſpectauerit?* ſunt verba Galeni lib. 1. ad Glanc. cap. 15.

Porrò *coctio* multis capitibus impediebatur; impediebat primum humoris ea moles, quam diximus, impediebat turgentia peccantis humoris, motusque, qui huc, & illuc ferebant humorem; adeoq; nimia quantitas tam breui vinci non potuit; non potuit item ob turgentiam, & motum ipſius; debet enim firmari humor, & quieſcere, vt concoctionem recipiat; nam per quietem fit concoctio, vt docet Hippocrates lib. 4. Acut. 44.

Præterea cum coctio, & cruditas ſint contraria, contrarjis quoque motibus comparantur, notante Valleſio in lib. Metereor. Ariſtotel. adeoque non poteſt tam breui induci coctio, nec humoris crudi tota reſiſtentia tàm breui vinci, præſertim in caſu de quo agimus, in quo tot alia repugnabant coctioni, cruditas inquam humoris, multitudo, qualitas, motus & ſimilia, fatiſcente interim natura ſub tãto pondere, nouiſque pullulantibus morbis, planè lethalibus, vt hic dici poſſit, quòd morbus iſte *ſeptices hydra fuit*.

Cùm ergo infantulus iſte citrà *criſim*, citraque *coctionem* omnem euaſerit, idque tam breui, nec *aliò* deflexerit humor ad *partes infimas*, neceſſe eſt dicere admirandã fuiſſe ipſius ſanationẽ. §. II.

§. II.

DATA QVOQVE OPTIMA CRISI, NON POTERAT TAM BREVI SANARI.

ET quanquam criſis optima fuiſſet, nullo modo poterat tàm breui finiri morbus, & morborum Ilias rumpi; nam euacuato humore, neceſſe eſt, vt natura ſe ſe alteret, & contrariam pellat qualitatem, poſtquàm remota eſt omnis cauſa, quod optimè notauit ex Galeno *Anton. Sancta Cruz*, Philippi IV. Hiſpaniarum Regis doctiſs. Medicus, in Hippocratica Philoſophia. Tempus verò, & ſanationis ſpatium metiebatur idem Galenus, vſq; *ad* 24. *horas*; febrimq; & calorem per illud tempus ad huc durare animaduertit, ablata per criſim cauſa putrida conſeruante.

Hoc etiam videtur inſinuaſſe nobis Hippocrates in celebri eo Aphoriſmo, vbi ait noctem criſim conſequentem eſſe leuiorem, quia quanquam per criſim ſublata ſit tota cauſa, manent tamen adhuc morbi veſtigia, nec in totum perſanatus eſt æger, ſanandus poſteà. Ingenioſè locum ſuggeſſit ingenioſus iuuenis Paulus Floranus Medicus Mutinenſis, Medicinæ ſtudioſus, & Anatomes ſedulus veſtigator. Verùm hæc fruſtrà dicuntur, cum nulla in caſu noſtro ſecuta ſit criſis, nullaq; excretio ſalutaris, vt hic dicere liceat, quod *Dominus deducit ad inferos, & reducit.* *1. Reg. c. 2. v. 6.*

§. III.

§. III.

OBIECTIVNCVLAE DILVVNTVR.

NEC dicant in puero potuiſſe proficere conuulſionem, iuxtà illud Hippocr. in Coac. *conuulſio in febre mota, febrem ſoluit eadem die.*

Lib. 5. nu. 7.

Enimuerò ſciendum, eam ſolam conuulſionem prodeſſe poſſe, quæ materiæ translationem ad partes ignobiles, aut eiuſdem excretionem comitatur, vt benè monet *Iacotius* in Comm.

Hic autem nulla facta fuit excretio ad partes ignobiles, ſed potius translatus eſt humor ad partes nobiles, guttur inquam, cerebrum, aliaſq; principes, ſiue per metaſtaſim, ſiuè per Epigeneſim. Quin notabat *Horat. Augenius*, quòd ſi cõuulſio febri ſuccedit in molliori corporis habitu, vt in puero, ſitq; febris ardens, vt in caſu noſtro accidit, *non ſanabit certè, imò fortè inducet conuulſionem à ſiccitate irreparabilem*, quemadmodũ ipſe ſcribit lib. 4. epiſt. medic. pag. 96.

✠

§. IV.

§. IV.

TOLLITVR ALIA OBIECTIO

ALia obiectio fieri poteſt; quia ſanatio iſta non fuit facta in inſtanti, quod præcipuè requiritur ad miraculi patrationem; ſed ſpatio quattuor horarum. Ergò non eſt ità admiranda iſthæc ſanatio, vt inter rara, & ardua numerari debeat.

Reſp.° primò in miraculis non tam ſubitationem inſperatæ ſalutis eſſe attendendam, quam facti circumſtantias eſſe ponderandas, vt benè monet Andr. Molfeſius, & ni fallor inſinuat D. Thomas 1.p. q. 105. a. 8. §. *qualibet tamen eorum* &c. noſque diligenter fecimus, perpenſis omnibus. Nam alioqui pleraq; miracula facta fuere in tempore ſecundi & tertij ordinis, quæ tamen inter miracula recenſentur; id ſatis patet in curatione Tobiæ, quæ non ſine artis ope, per adhibitionem fellis cuiuſdam piſcis, & etiam in tempore facta fuit; in curatione lepræ Naaman Syri, qui ſepties lotus fuit in Iordane, antequam lepra ſolutus eſſet. Fateor illa miracula maioris eſſe momenti & dignitatis, quæ momento fiunt, totamq; reſiſtentiam ictu oculi ſuperant, & euincunt.

Conſ 46 nu. 56.

Attamen non derogat miraculi quidditati ſi in tempore fiat, dummodò alia concurrant.

Reſp.° ſecundò, ſatis eſſe morbi *malitiam* ſublatam eſſe *in inſtanti*, quæ naturaliter tolli non poterat,

terat,

terat, licet *effectus* perfectę ſanationis ſucceſſu alicuius temporis ſubſequi videatur. Quod ex Rom. Rota in cauſa SS. Fr. de Paula, S. Caroli, S. Ignatij, & aliorum Sanctorum oſtendit Contelorius, lib. de Sanctor. Canonizatione cap. 17. probantque etiam in proceſſu Canonizationis B. *Fran. Borgiæ*, quem ſequente Anno 1671. vna cum BB. *Philippo Benitio*, *Caiet. Thianæo*, *Aloyſio Bertrando*, *&* *B. Roſa* Canoniſmi honos præclariſſimus manet, agendus per Sum. Pontif. *Clem. X. Eccleſ. Hierarcham*: quem Deus diù ſeruet incolumem. Ideoque aio admirandam fuiſſe huius pueri ſanationem, poſſeq; etiam dici *in inſtanti* factam fuiſſe: vnde ceſſat obiectio.

Digitized by Google

CASVS tertius Mulieris Tiburtinæ, quæ hæmorrhoidas patiebatur dolentes admodum, vnà cum tumore, & vlceribus. Hæc inuocato Card. Bellarmino, in inſtanti curatur: facta metaſtaſi ab inferis partibus, ad manus, de qua meminit Paulus Zacchia in qq. Medico legalibus, lib. 4. *tit.* 1. *q.* 8.

Extat in eadẽ Vita, loc. cit. pag. 437.

§. Vnicus.

QVID ZACCHIAS DE HAC RE SENSERIT.

„ NOn negauerim, *ait*, ex diuina volun-
„ tate, & ex miraculo poſſe vnũ mor-
„ bum tranſmutari in alium, vt for-
„ taſsè euenit anno prçterito 1622.
„ die 17. Septembr. deuotæ cuidam Mulieri, cui
„ nomen Arſilia Altiſſima, quam ego curabam.
„ Hæc enim cũ acerbiſſimo hęmorrhoidum do-
„ lore vexaretur, & eas tumidas, & exulceratas
„ ſimul haberet, nulliſq; leuaretur remedijs, meo
„ Conſilio, & impulſu ſe Chirurgis inuiſendã ſe-
„ quenti die exponere debuerat, cùm ecce enixè
„ à Deo nocte præcedẽti per merita *Roberti Car-*
„ *din. Bellarmini pijſſimæ memoriæ*, cuius feliciſ-
„ ſimi tranſitus ea dies erat anniuerſaria, expo-
„ ſtulat, vt dolorem illum in aliam ſui Corporis

partem

„ partem tranſmitteret, quo ſe ab honeſto illo
„ pudore vindicaret, quamobrem eadem nocte
„ dolores articulorum eam detinuerunt, & à do-
„ lore hæmorrhoidum, & à tumore, & vlceribus
„ penitus, ac dicto citius libera euaſit. Hoc pro
„ exemplo ſit: & licet obijci poſſit hic, quod ea
„ metaſtaſis nō infrequens naturaliter fit, & quòd
„ dolores articulares aliàs huic mulieri familiares
„ fuiſſent, tamen *miraculi euidentis* ſpeciem prę-
„ buit, quòd ſubitò, & in inſtanti ſanata fuerit:
„ hæc enim conditio in miraculis videtur pre cæ-
„ teris à naturali effectu abeſſe; præterquamquod
„ non deſunt conditiones, quæ *opus hoc pro mi-*
„ *raculo canonizare poſſunt*; vt quod proportio-
„ natis, ac plurimis remedijs adhibitis non ceſſe-
„ rit dolor, ſed potiùs inualuerit; quod nullis ap-
„ parentibus ſignis, ſed ex abrupto diſparuerit,
„ ad *ſolam beati illius inuocationem*.

Idem Zacch. de hac re meminit tribuitq; miracul. lib. 4 qq. Medic. legal. tit. 1. q. 3. p. 202.

Hæc Zacchia ad verbum. His porrò verbis mulier illa Card. Bellarmini opem inuocauit. *O Sancte Cardinalis, tu qui tàm piè affectus fuiſti ergà vulnera S. Franciſci, & qui hac die Cælum petijſti, quæſo vt hinc faceſſant mea vlcera, impetra mihi à Deo, in alias partes, nam rem mihi gratiſſimam facies.*

v. P. Fuligattum in Vita Cardin. Bellar. ad finē.

Ego nil addo his, quæ de iſta metaſtaſi dixit vir doctiſſimus; tantum inſinuo adfuiſſe quoque vlcera præter dictas affectiones, quæ aliquam conſiderationem mereri videntur; & ni fallor, non

Digitized by Google

parum momenti addunt his; quæ ſcripſit vir doctiſſimus;nam prætèr ſubitam,& ſine ſignis apparentem metaſtaſim, non poterant *vlcera* quæ aderant, momentò ſanari, nec cicatrix momentò induci poterat; nam vlcera deſiderant agglutinationem, carniſq; deperditæ regenerationem, nec niſi per vnitionem ſanari poſſunt, eſt namq; vlcus partium deciſio, & ſeparatio, quæ per vnitionem tolluntur.

AD MAIOREM DEI GLORIAM.

Digitized by Google

SECTIONIS PRIMAE PARAGRAPHI.

D*Elibantur eius virtutes*. pag. 1.

§. Primus *De Innocentia*. pag. 2.

§. II. *De Humilitate*. pag. 3.

§. III. *De Paupertate eius*. pag. 7.

§. IV. *De eius obedientia*. pag. 10.

§. V. *De eius Patientia*. pag. 12.

§. VI. *De Orationis ſtudio*. pag. 13.

§. VII. *De Charitate in Deum*. pag. 17.

§. VIII. *De Charitate in Homines*. pag. 19.

§. IX. *Animarum zelus, & Charitas*. pag. 21.

§. X. *De Diuinis Chariſmatibus*. pag. 24.

§. XI. *Alia huius generis dona*. pag. 32.

§. XII. *Teſtes Sanctitatis*. pag. 33.

§. XIII. *Teſtes doctrinæ eius*. pag. 37.

§. XIV. *Laicorum Principum Iudicia*. pag. 42.

§. XV. *Fructus doctrinæ eius*. pag. 42.

§. XVI. *Reuerentia erga ipſum, eiuſq; lipſana*. pag. 45.

Honos viuenti habitus. pag. 45.

Honos morienti habitus. pag. 46.

Honos habitus mortuo. pag. 48.

Confirmatio dictorum. pag. 49.

SECTIONIS SECVNDAE PARAGRAPHI.

D*E quibuſdam Miris Ven. Card. Bellarmini*. pag. 51

§. Primus. *Quid interſit inter miraculum, & mirabile*. pag. 53.

N §. II.

§. II. *De Re mirabili.* *pag.* 59.
§. III. *De Auctore Miraculorum.* *pag.* 61.
§. IV. *Mos Dei in plantanda fide.* *pag.* 63.
§. V. *Notantur quidam Medici, & arguuntur.* *pag.* 66.
§. VI. *Notantur alij quidam Medici.* *pag.* 69.

CASVS primus Monialis, quæ per Annos 30. *dolore Capitis laborauerat, fruſtraq; tentatis Remedijs, & alijs Sanctis imploratis, ad inuocationem Ven. Card.* Bellarmini *momento temporis ſanatur.* *pag.* 75.
§. I. *Admirantur Medici.* *pag.* 78.
§. II. *Admirantur Philoſophi.* *pag.* 79.
§. III. *Admirantur Theologi.* *pag.* 80.

CASVS ſecundus pueruli variolis correpti, cum prauis & mortiferis ſymptomatis, qui ad eiuſd. Ven. Viri Inuocationem, intrà quatuor horas conualeſcit. *pag.* 80.
§. I. *Breuitas Sanationis expenditur.* *pag.* 84.
§. II. *Data quoque optima Criſi, non poterat tàm breui Sanari.* *pag.* 86.
§. III. *Obiectiunculæ diluuntur.* *pag.* 87.
§. IV. *Tollitur alia obiectio.* *pag.* 88.

CASVS tertius Mulieris Tiburtinæ, quæ vlcera & hemorrhoidas patiens, Ven. Virum rogauit, vt morbum in alias partes transferret; idq; momento factum fuit. *pag.* 90.
§. Vnicus. *Quid Zacchias de hac re ſenſerit.* *pag.* 91.

RE-

RERVM SYLLABVS.

A

ACademiæ Cantabrigiæ & Oxonij in Anglia, laborant in confutandis Controuerſijs Bellarmini. pag.43.
AEgros omnes Capuæ inuiſit. pag.23.
Alphonſi Salmeronis commentaria in Diuina Biblia euoluit, & accurate cenſet. pag.27.
Amor eius in Deum feruentiſſimus. pag.17.
In pauperes. pag.19.
Amor veritatis in puero Bellarmino. pag.2.
Andreas Viſſe eques Hieroſolymitanus, faciem Bellarmini Cæleſtibus ſplendoribus radiantem videt. pag.37.
Animarum iacturam ſæpè deflet. pag.23.
Animarum ſalutis cupidiſſimus. Ibid.
Annulum Epiſcopalem oppignerat in pauperũ ſubſidiũ. pag.20.
Item atramentarium argenteum. Ibid.
Antonio Thomaſio Barij Vicario, viuens de longinquo apparet. pag.32.
Auctor inter primos promouit honores B.Catharinæ Genuenſis. pag.16.
Aula Romana Bellarminum vti Sanctum habet. pag.46.

B

BEllarmini iudicium de Sanctitate S.Frãciſci Saleſij. pag.3.
In eo Adamum non pecaſſe aiebat. Ibid.
Miraculo natum, & Sabaudiæ datum Epiſcopum. Ibid.

Bernardinus Realinus, mærentē in purpura conſolatur. pag. 5.
Biblia emendat cum aliſs. pag. 26.
In his emendandis eius curæ præcipua. Ibid.

C

CArd. Bellarm. Ieſuita rubro panno veſtitus. pag. 18.
Cælum domum ſuam vocat. pag. 16.
Cæſ. Card. Baronij de Controuerſ. Bellarm. iudiciū. pag. 38.
Canonizationem S. Ignatij promouet. pag. 31.
Capuani Cleri reformatio. pag. 23.
Cardinales aliquot mortuū tanquā cælitem implorant. pag. 50.
S. Caroli Borromæi de iuuene Bellarmino ſenſus. pag. 41.
Chariſmata ipſius. pag. 24.
Carnis maceratio. pag. 12.
B. Catharinæ Genuenſis vitam frequenter legit. pag. 16.
Clem. VIII. inſigne de Bellarmino elogium. pag. 40.
Comes Camillus Barberius Bellarminum moriturus cum aliſs Sanctis implorat. pag. 27.
Concionatur Romæ Cardinalis, Capuæ Archiepiſcopus magno Animarum emolumento. pag. 22.
Conſolationes diuinas occultat. pag. 6.
Conſolatorias litteras habet, quæ mærentem in purpura conſolantur. pag. 5.
Cornelij à Lapide de Controuerſijs iudicium. pag. 40.
Catecheſim Capuæ docet pueros. pag. 22.

D

DEſiderius Card. Scaglia Ordinis Prædicatorum, comparat eum Sanctis quibuſcumque Eccleſiæ Doctoribus. pag. 34.
Dæmones fugat. pag. 25.
Mira eius poteſtas in dæmones. pag. 26.

Eleemo-

Digitized by Google

E

ELeemoſynæ eius frequentes. pag.19.
Auctor eſt aliȷs vt eleemoſynas faciant. pag.21.
Energumenos liberat. pag.25.
Epiſcopi Maſſilienſis Dominicani, de Bellarmini Controuer. Elogium. pag.39.
Equum ſui ſtabuli pauperi nobili donat. pag.20.
Excitat in aliȷs Sanctitatem. pag.27.
Exercitia S. Ignatij quotannis per menſem obit. pag.14.
Explanandis Biblijs animum adȷcit. pag.27.

F

S. FRanciſcus Saleſius magnus Bellarmini Encomiaſtes. pag.35.
Columba innocens ab eo dicitur. Ibid.
Controuerſias eius magni facit. pag.40.
Catecheſim eius in ſua Diæceſi explicandam iubet. pag.41.
Libros eius Aſceticos admirabiles vocat, Eccleſiæ frugiferos. pag.41.
Magnum vocat, & Magnum Doctorem. pag.40.
Cæleſtem gloriam, viuenti adhuc Bellarmino ominatur. pag.50.
Ficus aridæ, & exuſtæ, ad eius vota, & preces ſtatim frondeſcunt. pag.32.
Fiducia eius in Deum. pag.29.
Flos dicitur & robur exercitus Dei. pag.39.
Franciſci Gonzagæ Epiſcopi de Bellarmini Sanctitate iudicium. pag.36.
Franciſcus Iunius hæreticus in confutando Bellarmino laborat. pag.44.
Fructus eximij Controuerſiarum. pag.43.
Funus eius Romæ frequentiſſimum. pag.48.

Agitus

Agitur in eo, tanquam ſi die poſtero inter Sanctos eſſet collocandus. pag. 48.

G

GAudium eius ſunt honor Dei, & Eccleſiæ amplitudo. pag. 18.
Gratia ſanitatum donatur. pag. 25.
D. Gregorio Magno cælitus comparatur. pag. 37.
Gregorius XV. Roman. Pontifex eum ægrotantẽ inuiſit. pag. 47.
De eius promeritis iudicium. Ibid.

H

HÆretici libros eius Aſceticos legunt. pag. 15.
Hæreticorum Max. victor dicitur. pag. 44.
Hæretici plures, eius Controuerſijs & concionibus conuertuntur, & eorum quoq; Miniſtri. pag. 45.
Honos viuenti habitus. pag. 45.
Honos morienti habitus. pag. 46.
Honos habitus mortuo. pag. 48.
Humilitas eius eximia. pag. 3.
Pauperes cum obſequio excipit. pag. 19.
Purpuram & Pontificatum deprecatur. pag. 5.
Conatur ſæpè purpuram reicere. Ibid.
Gaudet ſe palam deſpici. pag. 6.
Hyppolitus Cardin. Eſtenſis viuentem tanquam Cælitem habet. pag. 35.

I

IESVM, & MARIAM moriẽs dulciſſime inuocat. pag. 30.
S. Ignatij Canonizationem promouet. pag. 31.
In S. Ignatij Sepulchro conditur. pag. 31.
Impetus Diuini Amoris. pag. 18.
Innocentia eius admirabilis. pag. 2.

Digitized by Google

De ea S. Franciſci Saleſij dictum. pag.2.
Innocentius IX. parabat ei purpuram. pag.40.
Ioannes Antonius Cangianus Sacerdos, radiantem vultum eius intuetur. pag.37.

L

Labores eius pro fide & Religione perpetui. pag.13.
Languet ſæpe præ DEI Amore. pag.17.
Libri eius Aſcetici admirabiles. pag.41.

M

Martyrio ſubeundo ſe componit. pag.11.
Maphæus Barberinus Cardin. qui poſteà Vrb. VIII. viuentem Bellarminum tanquam Cælitem habet. pag.35.
Vitam eius ſcribere meditatur. pag.35.
Maria Medicea Chriſtianiſs. Reg. Galliarum Mater, Bellarmini lipſana Regiæ Aulæ ſuæ veneranda proponit. pag.49.
Marcelli Franciſci Maſtrilli, de Bellarmini Sanctitate iudicium. pag.36.
Monialium Capuæ reformatio. pag.23.
Monita eius ad Principes, ipſumq; Roman. Pontiſ. pag.23.24.
Dictum quorundam Cardinalium. pag.24.
Capuæ morientibus adeſt. pag.23.
Moritur in die Sacro Stigmatum S. Franciſci. pag.30.
Mortis memoria Bellarmino frequentiſſima. pag.17.
Mortuus carnis rebelles motus compeſcit, alijs pacem animi impetrat, alijs pro Deo offenſo lacrymas. pag.28.
Mortuum lugent pauperes. pag.20.
Mutij Vitelleſci Soc. Ieſu Generalis de præſtantia eius iudicium. pag.41.

Natus

N

Atus die S. Franciſci. pag.31.
Neſcit malitiam. pag.2.

O

Bedientiæ ſectator eximius. pag.10.
Famulis quoq; obedit. Ibid.
Diuinarum legum, & Regularum Societatis obſeruantiſſimus. pag.11.
Dictum S. Franciſci Salesij. Ibid.
Odem de Sancta Maria Magdalena componit, quæ in Eccleſia publicè canitur. pag.27.
Officium diuinum recitat aut ſtans aperto capite, aut nixus genibus, ſuis quibuſq; horis. pag.15.
Operatione virtutum donatur. pag.25.
Oratio eius frequens & aſſidua. pag.13.
Quid egerit orans cum Card. Petro Aldobrandino. pag.15.

P

Acem inter diſcordes conciliat. pag.23.
Pater pauperum appellatur. pag.20.
Pauperibus ſubuenit, omnes recipiens, & lætanter. pag.19.
Paupertatis amantiſſimus. pag.7.
In veſtitu. Ibid.
In victu. Ibid.
Rarum paupertatis inuentum. Ibid.
Crux lignea eius diuitiæ. pag.9.
Perronij Card. doctiſs. de Controu. Bellarm. iudicium. pag.28.
Petri Card. Valerij inſigne Teſtimonium. pag.24.
Petri Cotoni de Controu. Bellarm. iudicium. pag.39.
Philippus Carrerius Sacerdos faciem eius radiantem videt. pag.37.

Piſca-

Digitized by Google

Piſcatoribus ingentem piſcium copiam impetrat. pag.32.
Preces eius in Comitijs quales. pag.6.
Principum Virorum de ipſo Teſtimonia. pag.42.
Proſperi Farinaccij de Bellarmino iudicium. pag.39.
Prophetiæ dono inſignitur. pag.22.
Trium Summor. Pontificum, & plurium Cardinalium obitus cælitus prædicit. Ibid.
Obitum ſuum prædicit, diem, menſem, & annum. pag.30.
Alia ſæpè prædicit. pag.31.
Adhuc puer prophetat. Ibid.
Puer Sancti nomen meretur. pag.2.

Q

QVærit pauperes, quos iuuet. pag.19.

R

REliquiæ eius ab omnibus expetitæ. pag.46.47.
A Principibus Italis. pag.49.
A Princip. Tranſalpinis. Ibid.
A Cardinalibus. Ibid.
A Præſulibus. Ibid.
Ab alijs plurimis. Ibid.
Res ſuas ſæpè oppignerat in pauperum ſubſidium. pag.20.
Rhedas iubet vendi in pauper. ſubſidium. Ibid.
Rex Magnæ Britanniæ Iacob. librum legit de Gemitu Columbæ. pag.15.
Romana Ciuitas Bellarminum pro Sancto habet. pag.46.

S

SAnctitatem in alijs excitat nedum præſens, ſed abſens. pag.27.28.
Sanctus in funere acclamatur. pag.48.

O *Scripto*

Scripto fugat dæmonem. pag. 26.
Sermone ſapientia donatur. pag. 26.
Sitis diutina tormentum per VI. integros menſes conſtanter patitur. pag. 12.
Sollicitudinem habet omnium Eccleſiarum. pag. 23.
Speculum Sanctitatis appellatur. pag. 34.
Spiritus Sancti Carmen Saphicum pangit. pag. 27.

T

Terrentur dæmones Bellarmini lipſanis, & imagine. pag. 26.
Terrentur hæretici Controuerſijs ipſius. pag. 44.
Theodori Bezæ de eius Controuerſijs iudiciũ, & timor. Ibid.

V

Viuens apparet Antonio Thomaſio Barij Vicario. pag. 32.
De quibuſdam eum monet. Ibid.
Virginitas eius diuina claritate comprobatur. pag. 37.
VvitacKerus hæreticus laborat in confutando Bellarm. pag. 44.
Vitas Sanctorum mirabiliter callet, & extempore de his agit. pag. 16.
Virtutes ſuas occultat. pag. 1.
Viuens, moriens, & mortuus pro Sancto habitus. pag. 45. &c.
In funere acclamatur ab omnibus vti Sanctus. pag. 48.
Votum eius. pag. 6.

Z

Zapatæ Cardin. de eius Humilitate iudicium. pag. 7.
Zelus eius ardentiſſimus. pag. 21.

BREVIS

Digitized by Google

BREVIS INDEX RERVM SECTIONIS SECVNDÆ.

A

Alteratio non fit in inſtanti; neq; fieri poteſt niſi per potentiam Dei abſolutam. pag. 79.
Antichriſtus ſigna mendacia faciet. pag. 69.
Apoſtoli multa edidere miracula. pag. 64.
Arreptitios quidam negant impie. pag. 69.
Ars quandoq; concurrit ad mirac. patrationem. pag. 57. 58.
Auicennas perperam negat morbos fieri à dæmone. pag. 71.
D. Auguſtini dictum de mirac. notandum. pag. 65.
D. Aug. rectè dixit retineri ſe in Eccleſia vinculis miraculorum. pag. 63.
Qui huiuſmodi vinculis non retinentur, alijs vinculis detinendi, tanquam ſtulti, & phanatici. Ibid.
Automata. pag. 60.

B

Bellarmini Card. Mira quædam notantur. pag. 51.

C

Caluini improbus labor in tentandis miraculis. pag. 63.
Conſtantini Imperatoris cognomento gladiatoris ruditas, in cenſendis miraculis. pag. 53.
Caput æneum B. Alberti Magni. pag. 61.
An locutum fuerit. Ibid.
Ad Capitis diuturnos dolores candens ferrum iuuat, aliaq; potentiſsima remedia. pag. 77.

Chriſtus D. varijs modis vſus in mirac. patrandis. pag. 62.

D

DÆmones ſemimiracula edere non poſſunt. pag. 62.
Diabolus conuincit perfidiam philoſophi, negantis arreptitios. pag. 72.
Diabolus morbos infert. pag. 70.
Diabolus vocatur ſpiritus infirmitatis in Diuina Scriptura. Ibid.
Diabolus diuinitatem Chriſti, ex minori quoq; miraculo argumentabatur. pag. 56.
Diabol. poteſt inducere ſanitatem. Ibid.
Diatheſis partium morbos diutinos facit. pag. 77.
Dolor Capitis 30. annorum, ad inuocationem Card. Bellarmini momentò ceſſat. pag. 75.
Dolores Corporis plerumq; à Diabolo fiunt. pag. 70.

E

EXempla arreptitiorum à probatis medicis, alijſq; allata. pag. 73.
Exempla alia à me nuper viſa. Ibid.

F

FRuſtula ex panno & capillis intexta, ab arreptitia per os emiſſa. pag. 73.

G

GEntilis Medici inſania, & aliorum Medicorum. pag. 67.

H

HÆretici nunquam edidere miracula. pag. 63.
Hæretici de viuis mortuos faciunt. Ibid.
Hieronym. Cardanus negat dari dæmones. pag. 69.
Hippocrates perperam negat morbos à dæmone fieri. pag. 71.

Ho-

Digitized by Google

Horatij Augenij de homine arreptitio not. exemplum. pag. 72.
Hydraulica. pag. 60.

I

IOrdanis aqua vim habet ſanandi lepram. pag. 58.
Inſolentiſſimæ inſaniæ eſt diſputare contrà id quod vniuerſa Eccleſia cenſet. pag. 67.
Intemp. hectica comparatur lanarum tincturæ, ligno valdè exuſto, poteſt comparari cremio, veſti dibaphæ. pag. 76.

L

LEuinus Lemnius Medicus negat arreptitios. pag. 69.
Lex Moſi data miraculis interuenientibus. pag. 64.
Lex reſtituta per Ioſiam præmiſſis miraculis. Ibid.
Lex noua plurimis firmata miraculis. Ibid.
Lutheri improbus labor in tentand. miraculis. pag. 63.

M

MAyronus falsò putauit intelligentias animas corporibus reunire poſſe. pag. 71.
Medici qui de miraculis ſcripſere. pag. 52.
Mirabilia conueniunt in quibuſdam cum miraculis. pag. 59.
Diſcrepant in cauſa. pag. 60.
Miraculi definitio, & quotuplex ſit miraculum. pag. 53.
Miracula fidem habent ab Eccleſia. pag. 52.
Miracula Chriſti fuere theandrica. pag. 62.
Miracula in Eccleſia multa perennia. pag. 65.
De his egit P. Silueſter Petraſancta. Ibid.
Horum aliqua ponderauit Fortunius Licetus. Ibid.
Morbi qui prolongantur, fiunt neceſſario frigidi. pag. 76.
Morbi qui in ſicco fundantur, habent diuturniſſimas Sedes. Ibid.

Ad

Digitized by Google

Ad morbi citam ſanationem, tria neceſſario requiruntur. pag.78.
Morbi qui fiunt à dæmonibus, ſolis Eccleſiæ exorciſmis ſanantur. pag.71.
Qui ab ipſis fiunt medijs cauſis naturalibus, Medicis quoq; auxilijs iuuantur. pag.72.

P

POmponatij delirium. pag.68.
Steph. Bubali de eo cenſura. Ibid.
Pici Mirandulani dictum, nulla maior inſania eſt, quam tribuere miracula naturæ poteſtati. pag.67.

R

REgum Galliæ ſtrumarum curationem, ridiculè tribuit Cardanus longo eſui aromatum. pag.68.
Riccardi de S. Victore dictum de mirac. notandum. pag.65.

S

SAnctus minor aliquandò plura edit miracula, quam Sanctus maior. pag.56.
Sancti Viri Dei in miraculis patrandis, inſtrumentaliter ſe habent. pag.61.

T

THomæ Garbenſis Medici, & aliorum ineptiæ. pag.67.

V

DE Variolis quædam notanda. pag.80.&c.

Z

ZEnæ Imperatricis ridendum miraculum. pag.53.

PRO-

Digitized by Google

PROTESTATIO

QVia volo, & debeo obſequens eſſe Romanor. Pontificum ſanctionibus; quæ dixi in hoc opuſculo de Sanctitate Card. Bellarmini, deque alijs, quæ naturæ vires ſuperant; qualia ſunt miracula, prophetiæ, aliaq; huiuſmodi, quæ ad Diuina Chariſmata pertinent, non aliter accipi volo, quam accipi ſolent ea, quæ non vltrà humanæ hiſtoriæ fidem progrediuntur. Vocabula verò Sancti, & Sanctitatis, quibus aliquandò vtor, ab alijs anteà vſurpatis, ad mores tantum refero, non ad ipſius perſonam; adeoq; profiteor me hiſce lucubrationibus nolle quicquam venerationis aut cultus maioris eidem Ven. Viro tribuere, vel famam, & opinionem Sanctitatis eiuſdem augere, nec vllum gradum facere ad futuram illius Canonizationem, aut miraculorum comprobationem, niſi priùs probentur ab Eccleſia, & ab Eccleſiæ Summo Antiſtite, ſuper quem Eccleſia in Petro fundata eſt, quæ eſt columna & firmamentum veritatis.

Nec

Digitized by Google

Nec ipſe quidem Argus multiplicati oculis errores, quos iſti Typographi ad myriades vſque commit-tunt euitabit vnquam.

Commiſſa.

femel	l. ſemel	p.5.
cripiunt	l. eripiunt	p.14.
ſnperardito	l. ſuperaddito	p. 16.
crumpebant	l. erumpebant	p.17.
hæſiſtans	l. hæſitans	p. 28.
lacu	eſt integra dict.	p.32.
condixerant	l. conduxerant	p.32.
eductnm	l. eductum	p.32.
quo dcitatus	l. quod citatus	p.45.
adhibat	l. adibat	p.46.
vetrocedat	l. retrocedat	p.54.
ceteruminter	l. ceterum inter	p.57.
Anea	l. Aenea	p.60.
Allij	l. alij	p.72.
colligo	l. colligo	p'75.
ſymptomốtis	l. ſymptomatis	p 80.
habcnt	l. habent	p.81.
Glanc.	l. Glauc	p.85.
pnſlunt	l. poſsunt	p.91.

Omiſſa.

quoties diuitias, & cæt. pag. 14. omiſsa citatio. *lib.6.cap 3:*

Mihi hæc res pag.18. omiſſa citatio *lib.6 ca.1.*

Si prompta pecunia, omiſſa citatio. pag. 20. *lib 4.cap.2.*

Andr. Vuuiſſe pag.44. omiſsa citatio *lib 2. cap.3.*

Regina Chriſt. Reg. Galliarũ p. 49. omiſſa Mater

Mart. del rio Mag. diſq. omiſſum in pag.67.

Minutiora relinquo ſapienti lectori; & reliqua omnia penſitanda.

Digitized by Google

MANTISSA
AD

BELLARMINI
CARDINALIS LAVDES.

BEATISSIMVS Eccleſię Hierarcha CLEMENS X. anſam nobis dabit adijciendi aliquid ad EM. BELLARMINI laudes. Eius ſanè dicta peculiare caput ſibi vendicant, ſuſpicienda, quia *Summi Pontificis* ſunt, & quia *Magna* ſunt.

Hinc ſtatui iàm editis libris, eis ſcilicet qui modò ſuperſunt, nouum caput adijcere, quod facio in præſentia.

Ex Litt. Roma ſcriptis P. Nicol. Matthai 18. Nouemb. 1670. & 25. Apr. 1671. Idem 25. Iul. 1671. & Hieronym. Bardi 25. Iul. 1671.

Omitto quod ſæpè de Viro Sancto loquatur Pontifex non ſine Encomio, quod eius *Epiſtolas familiares* in delicijs habeat, quod *meum libellum* hilari fronte, & exporrecta ſuſceperit, commendarit, *totum perlegerit*, dignum profectò vt ab omnibus legatur, quia continet Viri Dei virtutes, ipſo Sole lucidiores, nec meo atramento infuſcabiles.

Altiora manent dicenda, ab ore Pontificis prolata, quę Virum Dei ſummoperè decorant, eiuſq; laudibus coronam adijciunt.

P. Nicol. Matthæus 21. Apr. 1671. & 25. Apr. 1671.

Notanda Verba Clem. X. de Sanctitate Card. Bellarm.

Ferunt dixiſſe Pontificem, cum primum ei oblatus fuit meus iſte libellus (Anno pręſenti 1671. 21. Aprilis) *Multos Sanctos conſecratos* (Italicè Canonizati) *non ita mereri in Cælis, quemadmodum Card. BELLARM.* Si excipis *Apotheoſim*, non potuit quidquam luculentiùs dici.

Ex Litt. P. Nicol. Matt. 6. Iun. 1671 & Hieronym. Bard. 13. Iun. & 25. Iul. 1671.

Notabilis Conuerſ. Hom. Hæretici.

Hic adijcere oportet rem notatu, & admiratione dignam, quæ nobili Anglo hæretico, *de ſecta Caluini*, & magnæ exiſtimationis Viro nuper accidit, hoc ipſo Anno 1671. Is cùm Summum Pontificem CLEM. X. ob alia negotia adijſſet, nihil minùs cogitans quàm de fide Catholica capeſſenda, monitus fuit à Pontifice, vt aures ſibi daret legenti Epiſtolam CARD. BELLARMINI, quam ipſe Pontifex dignatus eſt ei legere, eſtque prima inter litteras familiares eiuſdem Cardinalis, quam idem olim ſcripſerat *Magnæ Britanniæ Regi Iacobo*, vt ad meliorem frugem rediret. Legit eam Pontifex, moxq; ille, mirum dictu! ad fidem vetuſtam redijt.

Sanè ea verba tot fuere *tonitrua*, quę dormientem hominem excitarunt, vt veritatem perſpiceret. Hac vice dici poteſt vocem Dei fuiſſe *confringentis cedros.* aut fuit ea vox ad inſtar *gladij*, qui exijt à Summi Pontificis ore, *vtraq; parte acutus*, vt de eo dicitur in *Apocalypſi*, qui confodit hæreſim. & ſic ad priſtinam fidem redijt homo ille, admirante Pontifice & iubilante; meminitque ſæpè de re iſta Sanctiſſimus Pontifex; qui legendam eam Epiſtolam dedit *Emin. Federico Cardinali Borromæo*, & P. *Nicolao Matthæo* Soc. Ieſu, Pontificis conſanguineo.

Pſ. 28. — Cap. 1. — Ex Litt. P. Matt. 6. Iun. 1671. & 28. Iulij 1671.

MAN-

Digitized by Google

In Decor. §. XII. & XIII. DAbo quoque alia, ſed *miſcellanea*, quę ad rem noſtram faciunt. dedi aliàs *Teſtimonia* laudantium *BELLARMINI Sanctitatem, & doctrinam* Teſtium omni maiorum exceptione. poſſem alios, & recentes, ſed ſatis eſt produxiſſe in medium Sanctiſs. CLEMENTEM X. quod nuper feci, qui eſt ad inſtar omnium. Si omnes vellem, dies me deficeret. Sanè de Viro Dei meritò poteſt vſurpari, *Dilectus Deo, & hominibus, cuius* *Eccl. cap. 45.* *memoria in benedictione eſt.*

Hic tamen non omittam quædam, quæ nuper deprompſi ex *M.S.* Emin. Card. *Alexandri Vrſini*, quod *Homilia nomine ſi. gnato.* ab ipſius *Autographo* prodijt. Omitto quòd *BELLARMINVM huius temporis Auguſtinum in confutandis hæreſibus* appellat; ſed non reticenda quæ poſteà ſubdit verba *Armet*, inquit, *quotquot velit Tharſis, non dicam naues, ſed claſſes, iungantur Tharſenſibus Tyrij, ſola BELLARMINI nauis totiès terrebit hoſtes, quoties in eorum conſpectum ſe dabit, toties vincet, quoties prælia-bitur, nec tàm ſecum commiſſam pugnam, quàm ſibi oblatam victoriam experietur.* Sic ipſe. Excurrit poſteà ad eximias virtutes eius, *charitatem* in Deum memorans, *1. Cor. 13.* & ardentiſſimum deſiderium videndi Deum *facie ad faciem*, de quo aliàs dixi. Equidem fuit ipſe de illis, de qui- *In Decor. §. VIII.* *Rom. 12.* bus Apoſtolus ſcripſit *Spiritu feruentes, domino ſeruientes*; qui *ſollicitè laborauit in vinea, in negotiatione talenta multiplicauit, in ſtadio brauium primus apprehendit, in bello aut in agone coronam promeruit, oues ſibi creditas diligenter pauit; & his omnibus laboribus perfunctus in*

Digitized by Google

domum Domini Dei ſui, feliciſſimè introiuit. Sunt verba ipſius BELLARMINI, quibus ſe ipſum expreſſiſſe videtur. Et hęc omnia Charitatis ſunt eximia argumenta. Arſit nimirum in Corde ipſius diuinus Amor; indè liquidæ Cœli voluptates, hinc frequentes languores, & Amoris deliquia, ob Dei viſionem ſibi dilatam. Quid mirum! Adhuc puer ſe totum Deo *maritauerat*, vt loqui amat *D. Bernardus*; ideoq; in amplexus Sponſi, quem deperibat rapiebatur. Qui ſic Deum deperit, *vitam ſuam ſinè eius aſpectu acerbam putat*, quod graphicè ſcripſit Ardentiſsimus ille *Indiarum Apoſtolus S. Franciſcus Xauerius*. O quam meritò potuit vſurpare Vir Dei, *Concupiſcit & deficit Anima mea in Atria Domini*?

Lib. 3. de Aetern. Felic. Sanct. Cap. 1.

Petra Sanct. lib. 6. Cap. 3. & lib. 7. Cap. 2. P. Fulig. in vit. Bell. Cap. 33.

Lib. 1. Epiſtol. 5.

Pſal. 83.

Iob 29. Pergit Vrſinus Cardinalis in hæc verba. *In nidulo ſuo mortuus eſt, & inſtar Phœnicis eadem domus, quæ naſcenti in Religione incunabula præſtitit, morienti commodauit Sepulchrum &c.*

Vixit vt Phoenix, atq; vt Phœnix mortuus eſt, qui omnium virtutum benè olentibus ramis, extructo ſibi non ad mortem, ſed ad immortalitatem nido ſimul, & rogo, eoq; diuini Solis radijs accenſo conflagrauit, cuius Anima pulchrior vegetiorque diſcedens ad ſupernos Arabiæ colles per Cant. 3. *huius mundi deſerta ex aromatibus myrrhæ, & thuris Phœnix non vltrà moriturus aſcendit.*

Mitto alia. Tantùm hic aliquid de eius *Miris* dicendum rurſus; reditque in mentem caſus *Arſiliæ Altiſſimæ*, quæ ægra admodum momento temporis conualuit ad inuocationem Ven. Viri, vt in loco dixi.

In Decor. ad finem.

Hanc porrò eius ſanitatem miraculo tribuit *Paulus Zacchia* Rom. Medicus, miraculorum alioqui rigidiſ-

Q. Q. med. leg. lib. 4. tit. 1. q. 8. & q. 3.

In Med. polit. Art. vlt. Appe. d. 5. ſimus cenſor; ſubſcribitque poſteà *Hieronym. Bardi* Vir amiciſſimus, & in his rebus indagandis ſolertiſſimus, & *In Specul. Sacr med. Angul. 4.* nuperrimè *Michael Baldit* Medicus Gallus Monſpeliẽſis, quibus conſentio.

Ità nuper *Emin. Princeps Carolus Barberinus*, *Vrbani* *Ex Litt. P. Nicol. Matthæi 1671. 31. Ianuar. & Hieron. Bardi 25. Iul. 1671.* *VIII*. Pontif. Opt. Max. Pronepos digniſſimus, ob acceptũ *Beneficium*, quod *BELLARMINI* precibus ipſe tribuit, *votiuum ſymbolum argenteum*, & diues admodũ, *Reuerẽdiſſimo P. Ioanni Paulo Oliuæ Soc. Ieſu Sũmo Præſidi* miſit, ſuo tempore in lumine cum alijs collocandum. Cardinal. Barberin. Votũ perſoluit Cardin. Bellarm. 1671.

Ex Litt. P. Nicol. Matthæi 12. Maij, 6. Iun. 4. Iul. 1671 & Hier. Bard. 13. Iunij 1671. Nec deſunt *Emin.* alij *Cardinales*, qui BELLARMINI gloriæ velificant, vt purpuratum Collegam Eminentiſſimum ad Aras conuehant; ſed præ cunctis hanc mentem oſtendit Summ. Eccleſiæ Hierarcha CLEMENS X. qui ad BELLARMINI laudes & decora amplianda propenſiſſimus eſt.

Ex his ſperare licet (quod hic obiter dico) Chriſtianos Principes conſcios virtutis, & promeritorum ſerui Dei, & propenſiſſimæ in eum voluntatis SS. Pontificis Clem. X., qui nuper rerum potitur, excitandos eſſe ad petendam eius *Apotheoſim*; ſpemq; hanc mihi addidit Excell. *D. Hyacinthus de Simiana*, Marchio *Planetiæ*, *&c.* Vir ob generis claritudinem, ob eximiam litteraturam, rerum politicarum notitiam, ſed præcipuè ob Chriſtianas virtutes in paucis admirandus; vt verbo dicam, idea meliorum equitum, qui ſeculum noſtrum ſuis *Scriptæ Taurini 12. Aug. 1671.* ſplendoribus colluſtrant. Hic in Epiſtola ad *R.P. Fabium Ambroſium Spinulam Soc. Ieſu*, quem nobis nuper ereptum dolemus, affirmat legiſſe ſe hunc meum libellum, ſibi paulo antè ab eod. Patre tranſmiſſum, ſui amiciſ-

amiciſſimo. Addit ideò, vltroq; etiã ſpondet rogaturũ ſe *Sabaudiæ Ducem Carol. Emanuelem Principem ſuum*, vt precibus ſuis *Bellarmino Card.* impetret à Sum. Pontifice *decus* illud, quod hic in terris defertur Magnis illis Heroibus, qui triumphant in Cœlis.

P. Iacob. Fuligat. in vita Bell. 2. Edit.

Scilicet gloriam ſeruis ſuis rependit Deus, qui eum glorificauerunt; quod datis quoq; *de Cœlo ſignis* oſtendit in BELLARMINO DEVS; ſiuè ad eius probandã ſanctimoniam, ſiuè ad fidem conciliandam eius ſcriptis clariſſimis, & operibus, quibus Hæreſum monſtra fortiſſimè debellauit; *vt ſic Anapologeti hoſtes fidei remanerent in diem magnum*, quod ſcitè de eo dixit *Andr. Lipski Epiſcopus Luceorienſis, & Regni Poloniæ Cancellarius.*

P. Petra Sanct. vit. Bell. lib. 6. cap. 6.

Serm. 19

Denique vt Viri Dei mores in vnum congeram, placet hic adſcribere verba *Ricchardi de S. Victore*, quæ olim ipſe in re ſimili vſurpauerat, mireque conſonant Heroicis eius virtutibus.

Quaſi Stella per bonam inchoationem, Quaſi Luna per mediorum perfectionem, Quaſi Iris per prædicationem, Quaſi cedrus per ſpem, Quaſi cypreſſus per bonã opinionem, Quaſi lilium per caſtitatẽ, Quaſi thus per orationem, Quaſi ignis per charitatem, Quaſi vas auri ſolidum, Vas per menſuram, auri per ſapientiam, ſolidum per conſtantiam. Sic ipſe. Nec ego amplius.

PROTESTATIO.

Q*Væ olim dixi de BELLARMINI Card. virtutibus, ſanctimonia, & diuinis Chariſmatibus; ſcilicet non aliter accipi à quopiam me ea velle,*

quam

quam vt humanæ dumtaxat fidei ſubnixa; rurſum in hac nuperæ additione confirmo, & confiteor, vt ſim obſequens dictis iuſſiſque Roman. Pontificum, quos Chriſti in terris Vicarios eſse pleniſsimè credo.

Sebaſtianus Badus.

Hoc Folium abſolutum fuit die 3. Septembris
Anno 1671. editum die 7. eiuſdem menſis
in peruigilio Natiuit. *Deiparæ Virginis,*
cui me meamq; Animam dedo.
ò vtinam recipiat!
in ſinu foueat!

Genuæ, Typis Antonij Georgij Franchelli.
Superiorum permiſſu.

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google